

RA. 85
DECISIÒ CASVVM


OCCVRRENTIVM
IN ARTICVLOMORTIS
CIRCA SACRAMENTA.

D.D. DIDACO FERNANDEZ DE
Cordoua. S. Hispal. Eccle. Decano, Villarumque
de Armuña Dño meritiſimo D.D.Q.

OPERA ET INDVSTRIA LIC.
Melchioris Zambrano Clerici Hispal.
Xeritijque Nobilium orti.

Anno

1604



SUPERIORVM PERMISSV.

Hispani, Apud Franciscum Perez.

WILHELM REICH

~~377888~~ 377888

✓ 27

3. 3. 3. 3. 3. 3.

10. The following table gives the number of hours per week spent by students in various activities.

1946-1947
1947-1948
1948-1949
1949-1950
1950-1951
1951-1952
1952-1953
1953-1954
1954-1955
1955-1956
1956-1957
1957-1958
1958-1959
1959-1960
1960-1961
1961-1962
1962-1963
1963-1964
1964-1965
1965-1966
1966-1967
1967-1968
1968-1969
1969-1970
1970-1971
1971-1972
1972-1973
1973-1974
1974-1975
1975-1976
1976-1977
1977-1978
1978-1979
1979-1980
1980-1981
1981-1982
1982-1983
1983-1984
1984-1985
1985-1986
1986-1987
1987-1988
1988-1989
1989-1990
1990-1991
1991-1992
1992-1993
1993-1994
1994-1995
1995-1996
1996-1997
1997-1998
1998-1999
1999-2000
2000-2001
2001-2002
2002-2003
2003-2004
2004-2005
2005-2006
2006-2007
2007-2008
2008-2009
2009-2010
2010-2011
2011-2012
2012-2013
2013-2014
2014-2015
2015-2016
2016-2017
2017-2018
2018-2019
2019-2020
2020-2021
2021-2022
2022-2023
2023-2024
2024-2025
2025-2026
2026-2027
2027-2028
2028-2029
2029-2030
2030-2031
2031-2032
2032-2033
2033-2034
2034-2035
2035-2036
2036-2037
2037-2038
2038-2039
2039-2040
2040-2041
2041-2042
2042-2043
2043-2044
2044-2045
2045-2046
2046-2047
2047-2048
2048-2049
2049-2050
2050-2051
2051-2052
2052-2053
2053-2054
2054-2055
2055-2056
2056-2057
2057-2058
2058-2059
2059-2060
2060-2061
2061-2062
2062-2063
2063-2064
2064-2065
2065-2066
2066-2067
2067-2068
2068-2069
2069-2070
2070-2071
2071-2072
2072-2073
2073-2074
2074-2075
2075-2076
2076-2077
2077-2078
2078-2079
2079-2080
2080-2081
2081-2082
2082-2083
2083-2084
2084-2085
2085-2086
2086-2087
2087-2088
2088-2089
2089-2090
2090-2091
2091-2092
2092-2093
2093-2094
2094-2095
2095-2096
2096-2097
2097-2098
2098-2099
2099-20100

E R R A T A.

Sic corriges. fol. 11. pag. 2. lin. dicit tut. legē
tur. 232. 19. Innnit. Innuit. 63. . 21. iu. lu.
98. 2. 10. tur. tor. 100. 2. 3. eti. eti. 106. 2. 14.
onor. onere. 108. 1. . bem. dem. 5. pœnia. pœni
tentia. 2. 9. mot. mor. 115. 1. 17. tru. tro. 116.
2. 18. mē. me. 156. 1. 15. tia. tiæ. 157. 2. 17. mo.
mosi. 158. 1. 9. tit. rit. 181. 2. 3. ris. tis. 193. 1. 9.
tra. tan. Vallisolenti. 7. Idus. Iulij. anni. 1604.

Doctor. Alph. Vacca de Santiago.

VI Este libro intitulado *Tractatus, seu Decissio de quibusdam casibus, &c.* El qual es-
ta bien, y fielmente impresso, y con las
emiendas que lleua saca las concuerda con su ori-
ginal. En Valladolid, a 9. dias del mes de Julio,
de 1604. años.

Doct. Alf. Vaca de Santiago.

. Deinde fol. 149. 2. prima hæc linea defi-
cit ~~ut~~ Præuenire mittendo priusquam ferant.
Et fol. 177. 1. Et prima quoque ista. ~~ut~~ si-
dicitur, ut singulis annis renouent oleum. Et fol.
180. 2. 4. alias Solei. alias Olci.

Y O Miguel de Ondarça Zauala Escrivano de Camara del Rey nuestro Señor, de los que residen en su Consejo soy fee, q' auiendo visto por los Señores del dicho Consejo vn libro intitulado Los casos que en el articulo de la muerte pueden concretar en la administracion de los Sacramentos, con otro tratado de Testamentos para el dicho articulo. Compuesto por el Licenciado Melchior Zambrano Presbytero vezino de la Ciudad de Sevilla, que con licencia de los dichos Señores del Consejo fue impresso, le tassaron a tres maravedis i medio el pliego; y a este precio, y no mas mandaro que se venda: y que esta fee se ponga al principio de cada vn libro, de los que fueren impressos. Y para que dello conste de pedimiento de la parte del dicho Licenciado Zambrano di el presente en la Ciudad de Valladolid a treze dias del mes de Julio de 1604. años.

Miguel de Ondarça Zauala.

Censura.

CENSURA OPERIS.

Librum Licenciati Melchioris Zambrano
(cujus titulus est; Decisiō casuum occur-
rentium in Articulo Mortis circa Sacra-
menta) vidi, dē mandato Supremi Senatus; in
quo nihil reperi, quod doctrinæ Sanctorum, qæ
est Ecclesiæ, aduersetur. Quinjū opus esse
valde vtile, ac eruditum censui; & dignū quod
manibus omnium, præcipue illorum, qui curam
habent animarum, versetur. Vnde typis manda-
ri potest. Vallisoleti in Collegio Sancti Ambro-
sij Societatis Iesu. 21. die Iunij, anno 1603.

aut fratre ministro Francisco a San Vicente.

PRIVILEGIO.

TENE El Autor Priuilegio, y licencia para
imprimir y vender este libro, el o la persona que
lo poder hauiere, y no otra alguna, solas penas
en el contenidas, concedido porel Rey nuestro señor
por tiempo de diez años que corren, desde el dia de su
data, que fue en Valladolid a los catorce del mes de Ju-
lio de mil seyscientos y tres años.

Esta firmada de su Magestad, y por su mandado de
Iuan de Amegueta.

3

D.D.

D. D. DIDACO FERNANDEZ
de Corduba Sanctæ Hispalen. Ecclesie amplis-
simi Decano & Canonico. Villarumq;
de Armuña. Domino
meritissimo.

Licenciatus Melchior Zábrano. S.P.D.

MULTA sunt, amplissime Deca-
ne, quæ me vñ tua eximia ornatum
auctoritate, & clarissimo illustra-
tum nomine hoc opusculum emit-
tere in publicum coegerunt. Etenim cum tua
in me plurimi extent beneficia, quibus me co-
mulasti, ornastiq; maximè, nihil mihi accidere
potuit jucundiùs, nec optatiùs, quam si grati ani-
mi mei aliquod & tibi, & omnibus præberem in-
dicium. Accedit, quòd sub præclaro tuo patroci-
nio, & scripta laudem, & scriptor gloriam in per-
petuum consequetur singularem. Non enim du-
bito, si sub umbra tuæ sapientiæ, & nobilitatis
universis satis, superq; notæ, (Quis enim inde-
fessa tua in celeberrima Complut. Academia stu-
dia, & illustrissimam maiorum tuorum celsitudi-
nem ignorare poterit?) in lucem prodeant; quin
et manibus tuis lucem, & splendorem accipient.
Neque illud silentio obuoluendum, quod cum
scribendi, & hujus laboris suscipiendo almæ His-
palen.

palen. Ecclesiæ Capitulum initium, & causa fuē
rit; cui potius, quā tibi ejus Præfidi, & Decano,
dignissimo dicaretur? Tot igitur nominibus Am-
plitudini tuæ debitum opusculum do, dicoque
Iubens meritò; obsecroq; te, nè doni exiguitatē
respicias, sed grati animi maiora offerendi volun-
tatem admittas; hocq; meam erga te obseruan-
tiam qualicumq; munusculo testatam, & perpe-
tuō consignatam monumento patiaris. Vale
Decane Amplissime.

D.D. DOCTORIS LUCIANI DE NE-
gron. s. Hispal. Ecclesiæ Archidiaconi & Canontici, &
pro Gaderisi Epo. Ordinari Inquisitoris, sancti; officij
Consuloris, ex Sanctæ Crucis Apostolici Regijq;
judicis &c. Ad Lectorem.

Hijs tractatus argumentum commenda-
tione non indiget; ejus enim utilitas latè
patet, cum promptuarium sit maiori indi-
gentiæ subveniens; quo videlicet qui curam ani-
marum gerunt, maxime in periculo, officio satif-
faciant, oneriq; injuncto sufficient. Quām sit au-
tem probabili doctrina, quāmq; diligenter præf-
tita, quæ titulus promittit, cognoscet qui ejus le-
ctioni operam impendet: & experimento discet
quantum adjumenti attulerit, cum in animarum
salutem suo munere fungi possit. Simulq; pietas
Autoris, qui religionis studio permotus, & carita-
te fraterna incēsus hūc subiit labore patesiet. Ut
nō solū doctor, sed etiā melior evadas. Vale.

D. DOCTORIS. D. EMMANV.
elis Sarmiento à Mendoza. S. Hispal.
Ecclesiae Canonicæ Magistralis,
in laudem operis, En-
comium.

ANimorum saluti, eo precipue tempore, quo
periculosius in eorum medella erratur, con-
sulit hoc opus. Cum enim dolorum corporis stimuli,
et ritudinum acerbitas, mentem satis attē-
tam esse non patientur, consilia tumultuari, ra-
tiones impediri est necesse: ut quid factō opus
sit, plenē deliberare non possit infirmus: Et nisi
medicus prudens, cautus, expertusq; sit, simul
anima cū corpore ruat in preceps. Habent igitur
Parochi (quorum spectatur, et desideratur cu-
ra) brevi volumine, stilo patēti, apto ordine, ante
oculos proposita omnia, quæ in difficulti illa, et ulte-
mo agone dubia esse solent, diligenti Autoris stu-
dio explicata, zelo pietatis exhibita, caritatis in
proximos ardore omnibus largè communicata.
Legenti vera esse que dicimus patefiet. Et iure
optimotypis mandari ejus labores, quibus si ri-
xiamur, fruemur viiliter.

W. 19. Et quod ex aliis fiduciis autem in multis etiam
est. V. adhuc tollere debet hoc. **PRÆBET**

P R A E F A T I O N A D
Lectorem.

SCRIBENDI Si quaras
causam, Lector humanissi-
me, hac me presertim adduc
tum fuisse, ut prouintiam tantam
susiperem, paucis accipe. Amplius
sum Hispalensis Ecclesie, Sena-
tus ante annos fermè viginti, Cu-
ratu ejusdem Ecclesie, quem ac
sanctiorem normam censorinano
ta tum astrinxerat, me ut illos
obsequio, & officijs deditum Capel-
lanum cohonestare, & augere de-
crevit. Cui suè oneri, sive honoris,
cum me imparem ducerem propter
grave rei pondas, inniseras
molestias, & mearunt illarum

etiquetas

g5 virii

virium imbecillitatem: quam potui, maximè grato, & civiliprætextum me substraxi. Iam ex illius muneris periculo, quasi ex procello somari in securi quietis portum invectus eram: cum capituto quasi ex loco difficultates perpedere, & pericula Parochis, aliisque animalium curam gerentibus imminentia contemplari: simulque pro virili nodos diversos, & aliquibus inextricabiles, quibus hac officia non unquam irretiuntur enodare, & ad unguem decidere difficultates non contemnendas. Idequidem libenter feci: ut peccatorum agitudinibus laborantes animas, remedijs scienter, ac tempestiuè ad bibitis allevaretur: Eo præsertim tempore,

tempore, quo vita periclitantur
mortales: quo si mederi negligat,
aut nesciat Confessarius, (cuius
ultra mortis articulum, nihil opis
peti possit ad gratiam, Deique a-
amicitiam deperditam consequen-
dam) eterna vita jactura timea-
tur. Huc accessit meum erga ip-
sos animarum Rectores studium,
quorum aliquibus gratum mefac-
turum speravi, si viam his diffi-
cultatibus ordine, ac ratione ape-
rirerem. Quod ut magis præstarem
non paucos evolvi liberos, peccavi
ethica disciplina compendia, sive
casum summas, Ius ipsum Pon-
tificium, Conciliaque adiui, ac tan-
dem viros eximios doctrina, &
pietate insignes consului: Ex hisq;
emergen

emergentium certè difficultatum
in hoc mortis discrimine farragi-
nem, & justum acerum congesi.
Suspectus erat mihi labor his: tū
quod me amibinon admodum pro-
bantur: tum quod opere illuc con-
tingere quo mente diffidebam. Sed
mearum rerum studiosi viri, &
imprimis R. P. Didacus Al-
varez Societatis Iesu Theologie,
quam vocant Scolastice, & qua
de Moribus est per plures annos
professor, labentem confirmarūt,
excitaverunt torpētem: quorum
adhortatione, & predicti patris
potissimum auxilio vires redinte-
gro, & in lucem prodire audeo, ne-
minemq; metuo, qui dictorum ele-
ver fidem, qui labori detrahatur, cū
enigmas

me secum reddat, partim iubem
tum virorum autoritas, partim
operis ipsius non solum utilitas,
sed necessitas. Quæ quanta sit bre
vi sermone concludam. Morbo
præcessos, $\text{E} \mathfrak{G}$ dolorum vi, atq; quaſ-
fatione vexatos non mediocri ope
indigere, tum maxime, cum in
Mortis Articulo non modo corpo-
re, sed animo affecti non sibi ſatis
constant, proculdubio eſt. Idq;
Sancti Patres frequentibus testi-
monijs confirming, D. præſertim
August. tom. 9. de Visitat. infir.
D. Greg. humil. 39. in Euangel.
 $\text{E} \mathfrak{G}$ alibi. Et D. Bern. cuius ver-
ba ut pote memoratu digna ſubte-
xenda decrevi. G Ohomo (inquit)
in vita ingressu, miserabilis: $\text{E} \mathfrak{G}$


intotius vita progreſſu peccator:
Et tandem in ipſius egressu, Et mor-
talis, Et condemnabilis. Tunc e-
nim hostes fortius impugnat: quia
modicum tempus habere sevident:
Et ipſe homonunquam est ineptior
ad resistendum ob dolorum mag-
nitudinem. Si enim corpus, quod
corrūpitur aggravat animam,
etiam dum optimè valet, certè in
ipſo actu corruptionis maximè ag-
gravabit. Id ipsum sed multò ex-
pressius Concil. Trid. Seß. I 4. in
proemio de Extrema Vnēt. decla-
rat. Sanctaigitur Mater Eccle-
ſia extrellum vitalimen attingen-
tibus officium præstat quam maxi-
mè potest præsentaneum. Quotē-
pore profidium animarū salute-
sedulā

sedulam Parochis solicitamq; com-
mendat in Sacramentorum admi-
nistrazione diligentiam. **Q** uorum
singulis præcipitur Luc. 10. ¶ Curā
illius habe. Et per Proph. ¶ Cu-
todi virum istum, qui si lapsus fue-
rit, anima tua erit pro anima il-
lius. Et per Ezech. ¶ Sanguinem
eius de manu tua requiram. Ettā
dem Judith. 8. ¶ **Q** uoniam vos
estis presbyteri in populo Dei, & ex
vobis pendet anima illorum. Ideo
Parochi, Confessarijg; omnes pru-
denter curent, diligenterq; provi-
deant de omnibus pro morietium
securitate. Alioquin ¶ Cæcus si
ceco ducatum prestet, ambo in fo-
veam cadunt. Hoc igitur brevis-
simo compendio quædam veluti
remedia

remedia salutaria continentur;
quorum ope, & auxilio anima
Christi fidelium penè deposita ad vi-
tam spiritalem revocentur, sibique
sperent optatam justitia coronam
deferēdam. Quia pars Deo im-
mortali, cuius auspicio, & numi-
ne per Jesum Christum filium vi-
ctores extiterunt, sempiter-
nam gloriam gratissima
voce decan-
tabunt.

(?)

INDEX



INDEX CAPI-

tum, & Dubiorum to-
tius operis.

¶ Præludium. I. Fol. 1. ¶

Dub. Vnicum, àn Periculum, & Arti-
culus mortis sint idem. n. 7. fol. 2.

¶ Præludium. II. Fol. 4. ¶

Regula servanda pro examine rei du-
biæ, in art. mort. contingentis. n.

f. 4.

¶ Cap. I. de Baptismo. fol. 5. ¶

Dub. I. V. Repetendus sit semper
Baptismus, de quo non constat
certò àn valide fuerit factus. fol. 6.

Dub. II. V. Sit necessarium cōcurrere

¶ simul

INDEX.

Simul verba formæ & ablutionem
fol. II.

Dub. 3. In qua parte corporis necessariò fieri debeat Baptismus. fol. 14.

Dub. 4. Quæ quantitas aquæ requiriatur, ut valeat Baptismus. fol. 17.

Dub. 5. Quádo expositi infantes sint baptizandi. fol. 19.

Dub. 6. V. Valeat Baptismus, ejus qui vi, vel metu fuit baptizatus. fol. 21.

Dub. 7. Quando Nigri censcantur baptizati. fol. 23.

Dub. 8. De Baptismo amentium, & furiosorum. fol. 24.

Dub. 9. De modo rebaptizandi in casibus positis. 26.

Dub. 10. V. In casibus prædictis rebaptizationis incurritur irregularitas. fol. 26.

Dub.

INDEX.

Dub. ii. V. Filii infideliū possint
licite baptizari invitis parentibus
in art. mort. fol. 27.

Dub. 12. V. Licitē possit ministrari
Baptismus, qui sit causa mortis bap-
tizato. fol. 29.

Dub. 13. V. Baptismus sine privilegio
licitē possit ministrari reipore in-
terdicti. fol. 37.

Dub. 14. V. Præmittenda sic instruc-
tio baptizandi, ante Baptismū. f. 37

Dub. 15. Quis sit minister Baptismi in
articulo mortis. fol. 38.

Dub. 16. V. Obstetrix teneatur scire
formam Baptismi, & modum bap-
tizandi. fol. 40.

Dub. 17. VI. Sunt faciendi ritus Baptis-
mi, qui fuerunt omitti in necessita-
tē. fol. 44.

Dub. 18. V. Parenſbaptizans, vel tenēs

INDEX.

filiū in Baptismo post legitimū Matrimoniu, impediatur à petitione debiti. fol. 42.

Cap. 2. De Confirmat. fol. 54.

Dub. 1. V. Unctio, in hoc Sacramento debeat fieri immediate manu Episcopi. fol. 55.

Dub. 2. V. Episcopus proprius sit minister hujus Sacramenti. fol. 55.

Dub. 3. V. Caracter Confirmationis præquiratur ad Caracterem Ordinis. fol. 56.

Dub. 4. V. Sit præceptum recipiendi Confirmationem. fol. 58.

Dub. 5. V. Sacramētū hoc sit dādum pucris, & amentibus. fol. 59.

Dub. 6. De patrino Confirmationis. fol. 60.

Dub. 7. De ritibus hujus Sacramenti. fol. 61.

Cap.

INDEX.

- ¶ Cap. 3. De Eucharistia. fol. 62. ¶
Dub. 1. V. Teneatur comunicare in
art. mort. qui paulo ante commu-
nicaverat. fol. 62.
- Dub. 2. V. Pueri possint, & debeant com-
municare, maxime in periculis mor-
tis. fol. 67.
- Dub. 3. V. Communio sacra danda sit
Neophytis descendentiibus ex Ma- u-
ris: vulgo Moriscos. fol. 72.
- Dub. 4. V. Amentibus, & furiosis, sit
danda Eucharistia. fol. 74.
- Dub. 5. V. Infirmus non jejunus possit
communicare, etiam saepius in ca-
dem infirmitate. fol. 78.
- Dub. 6. V. Sacerdos non jejunus possit
celebrare, ut communicet morien-
tem, qui expectare non valet. fol. 82.
- Dub. 7. A quo possit Eucharistia mi-
nistrari in art. mort. fol. 86.

INDEX.

¶ Cap. 4. De Pœnitentia. fol. 91. ¶

Dub. 1. Quid teneatur Cōfessarius p̄stare circa contritionem pœnitētis maximē in art. mort. fol. 94.

Dub. 2. V. Peccatū in genere tātū declaratū sit materia sufficiens Sacra mēti Pœnitētiæ in artic. mort. quādo aliud nō post fieri latissimē tractatur. fol. 100.

Dub. 3. Quādo pueri sunt capaces Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 126.

Dub. 4. Qui minister possit absolvere in artic. mortis. fol. 132. IV.

Dub. 5. V. possit simplex Sacerdos perficere cōfessionē cæptā, etiā si superveniat legitimus cōfessarius. f. 142.

Dub. 6. V. Sit necessè servare integratē cōfessionis in art. mort. f. 145.

Dub. 7. Quæ teneatur cōfessarius interrogare pœnitentem. fol. 153.

Dub.

INDEX.

Dub. 8. Pro satisfactione. V. cōfessarius teneatur imponere pænitentiam in articulo mortis. fol. 159.

¶ Cap. VI. De Extrema Vnct. fol. 161. ¶

Dub. 1. V. Extrema Vnctio possit dari pueris ineptis ad Eucharistiam. f. 165.

Dub. 2. V. Extre. Vnct. sit dāda furiosis, vel carētibus vſurationis. f. 169.

Dub. 3. De alijs, quibus dānda sit Extrema Vnctio. fol. 173.

Dub. 4. V. Posit fieri Extrema Vnctio cū Oleo vetere cōsecrato ab Episco po anno præcedenti. fol. 175.

Dub. 5. V. Oleū nō benedictū possit mis ceri benedicto; ita ut totū maneat benedictum. fol. 182.

Dub. 6. V. In cādē infirmitate possit repeti Vnctio. fol. 184.

Dub. 7. V. Tēpore interdicti possit lici tē ministrari Extre. Vnct. fol. 186.

INDEX.

Dub. 8. Quis sit minister Extremæ Vnctionis. fol. 190.

¶ Cap. VI. De Ordine. fol. 192. ¶

Du. Vnicū. V. Tactus instrumētorū, in quorū traditione cōfertur Ordo, sit de essētia hujus Sacramenti. f. 193.

¶ Cap. De Matrimonio. fol. 195. ¶

Dub. 1. V. Cur æ possint alijs clericis dare licentiam, ut assistant Matrimonio, loco ipsorum. fol. 197.

Du. 2. V. Sit necessè assisterē Parochū, & testes Matrimonio denuò ratificato, quod priùs contractū in facie Ecclesiæ, fuit nullum. fol. 201.

Du. 3. V. Sit necessè adesse Paroch. & testes quādo cōtrahitur Matrim. in ar. m. ex aliquā causa necessaria. f. 203

Dub. 4. V. Qui scit aliquos esse in Matrim. invalidos, ex ignorantia invincibili, teneatur, illos monere. f. 205.

DECISIO CA-
SVVM OCCVRRENTIVM
in Articulo Mortis, circa
Sacramentis.

EXPRAELVDIO. I.



VID SIT PERICULVM,	1
seu Articulus mortis. n. 1.	
Proxima partur, quando sit in	2
periculo mortis. n. 2.	
Est periculum mortis, naufra-	
gium; vel Ingressus maris tem-	
pestuosi. ibi.	
Item Ingressus itineris periculosi, vel conflictus	3
belli. n. 3.	
Item Morbus grauis. n. 4.	4
Medici, & parochi tenentur monere infirmos de	5
periculo mortis, in quo sunt. n. 5. & 6.	6
Non differunt in jure communiter Articulus, &	7
Periculum mortis. n. 7. & 8.	8
Et pro Sacramentis, pro absolutione ac cesuris, &	9
concessione indulgentiarum. n. 9.	
Idem est esse periculum mortis, & esse periculu-	10
sacramentis. n. 10.	

A

PRÆ-

Decisio Casuum Arti Mortis.

PRÆLVDIVM. I. 23

Quis sit Articulus Mortis.



ESIT OPVS POSTEA

sæpiùs repetere, quid sit Periculum mortis; id in principio præmitti necesse est. Est autem Periculum mortis casus,

in quo frequenter, & vt in plurimū mors solet accidere. Ita Ioan. de Medi. Codi. de Pœnia. tract. 2. de conf. q. de tempore, quo confiteri oportet, casu. i. Couarr.ca. Alma. m. i. p. §. i. n. 7. Gab. in. 4. d. 17. q. i. a. 3. dub. i. casu. i. Armil. ver. Confess. n. 6. Viæt. in sūm. q. ii 3. Angel. Conf. i. n. 30. D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 2. Enrr. lib. 6. sū. ca. 9. n. 1. Sil. Cōf. i. q. 2. & Nau. ca. 3. n. 8.

Hujusmodi Periculū est, cùm mulier est proxima partui; & ex speciali circunstantia, eius mors meritò timeri potest. Vel ex dispositione parientis; vel quia alia experta est, tali tempore periclitari; vel quòd eo anno pariètes solēt communiter morti appropinquare. Et maximè hoc

hoc verum est, quando mulier est primò
pariens. Sil. Interd. 5. q. 7. excep. 4. Naua.
suprà. Alco. in sūm. cap. 9. fol. 30. Itē nau-
fragium, vel ingressus maris tempestuosí.
Ioan. de Medi. Gab. Arm. & Nau. suprà.

Item ingressus itineris prædonibus ex 3
positi, qui solent iterfiscere; vel quādo pa-
ratæ sunt ab inimico insidiæ; vel conflic-
tus belli. ita omnes.

Item morbus grauis, ex quo majore 4
ex parte mori solent, qui illo afficiuntur.
Gab. D. Ant. Sil. Ang. Arm. Nau. Ioa. d.
Medi. & Alco. suprà: Et ponit exemplum
in peste, dolore laterum, læthargo, squi-
nantia, & puncticulari morbo; aut simili.
ita ut judicio Medicorū vita desperetur;
vel mors credatur citò futura.

Debentq; Medici monere de tali peri- 6
culo: & alij quibus cura est infirmus, cu-
rare, ut quo ad fieri possit suauius, id cōf-
tet infirmo; quò opportunè recipiat Sa-
cramēta, condat testamentū, ac debitīs,
& obligationibus, quib⁹ tenetur satisfa-
ciat; ne vel postea nequeat, vel non fit

Decissio Casuum Arti. Mortis.

tempus sufficiens, ad hæc ritè præstanta.

6 Parochi etiam debent curare, nosse qui sint infirmi in sua Parochia; & quo morbo laborent: vt illos moneant de obligatione, quam habent: Solet enim sæpiissimè contingere, vt multi sine Sacramentis, & testamento moriātur: eo quod non moneantur diligenter de mortis periculo: vel quod non animentur, vt recipiant Sacra menta; & explicit suā obligationes, & debita. Quod præstandum est, etiam si morbus primo aspectu non videatur periculosus, ne, vt sæpè solet, metiatur spes salutis: & infine appareat periculum, quod in principio latebat. Nec alicui videri debet hæc diligentia nimia: cùm agatur de re summi momenti, hoc est, de æterna animarum salute, vel damnatione.

7 Nota tamen, non differre in jure communiter, Periculum, & Articulum Mortis, ad omnes effectus: licet in rigore Articulus Mortis, dici soleat, quando quis ita est proxim⁹ morti, vt proximè, & sine

vlla spe credatur futura. Ita glossa.ca.Paf
 toralis de officio ordinarij. verb. Præter.
 Nau.supra; & cap.27.n.271.D.Ant.supra
 cap.18.§.2.propè finem.Angl.1. p. in. 4.
 q.3.de confess.art.3.diff.1.con.3.fine.Pa
 lu.in.4.d.20.q.1.art.2.con.3.Couar.cap.
 Alm.mat.1.p.§.11.n.8.Sil.Interd.5.q.7.
 excepti.4.& Confess.1.q.6. dicto.7. An
 ge.Interd.6.n.24.Cordub.li.5.de Indulg
 q.39.punct.1.dict.1.pag.475. Enrr.lib.6.
 fum.cap.11.n.3.& Geminia.in.cap. Eos,
 qui.de senten.excōm.li.6.Suar.3.p.to.4.
 disp.26.sec.4.n.3. Probatur quia quod di
 citur. *Mortis urgente periculo*, in cap. Si quis
 suadente.17.q.4.dicitur. *Mortis articulo*, in
 cap. Non dubium.cap. Ea noscitur. cap.
Quod de his. & cap. Quāuis, de sentētia
 excōmu.&.cap. Eos, qui.citato.cum præ
 mississet Sum. Pont.posse absolui quem
 cūq; in articulo mortis; vtitur postea ver
 bo,periculo *sic cessante* (inquit) *periculo*. Itē
 quia eadem est ratio in vtroq;, scilicet,
 nequis discedat fine Sacramentis, ma
 ximè confessionis.

Decissio Causum Art. Mert.

8

Dixi. Communiter: quia differrent, quādo periculum mortis esset ita longū; vt certò, vel ferè certò crederetur, nō ita cùtò futurum Articulū mortis; & fore, vt tali articulo periclitans habiturus sit cōmoditatē recipiendi Sacra menta: tūc enim nō est faciēda in tali periculo mortis ea ampla concessio, quam doctores faciunt pro articulo mortis: & sic intelligi possunt Soto in. 4. d. 18. q. 4. art. 4. col. 4. vers. Quæris autem, & alij, qui asserunt differre periculum, & Articulum mortis; quantum ad effectus permisso s jure, & à doctoribus, in articulo mortis.

9

Deniq; quod dictum est de absoluto ne sacramentali, & à censuris, & de reliquis Sacramentis, in periculo, vel Articulo mortis: habet etiam locum in concessione indulgentiarum per Bullam; vt possint indulgentiæ concedi per Bullam in omnibus casibus, in quibus secundum supra dicta, est periculum mortis pro Sacramentis. Cord. supra. Nau. cap. 26. n. 31, & colligitur ex alijs. Probatur, quia Bulla

eodem

eodem modo loquitur de absolutione, ac de concessione indulgentiarum: præser-
tim cum ea indulgentia semper rescri-
tur vero mortis articulo.

Quod dictum est de periculo mortis;
dicendum est etiam de periculo ametiæ,
ut benè Ioan.d.Medi.supra, quia melius
est cum integro judicio recipere Sacra-
mentum; etiam si in necessitate articuli
mortis posset recipi sine illo. Ut infra vi-
debitur, idem Sot.in 4.d.12.art.8.

EX PRÆLVDIO. II.

Quod examen tenetur quis in dubio facere, ut
cognoscat veritatem; maximè in casibus articuli
mortis. n.1.&2.

PRÆLVDIVM.II.

Aduertere oportet, nec omnes
ores, nec omnia tēpora permit-
tere posse rem examinari in ca-
su dubij eadem diligētia: Et ideo summo
percere attendatis, cui offertur dubium cit-
ca aliquam rem, quam teneatur facere,
vel prætermittere; regulam sequentem.

A A

vt

Decisiō Casuum Art. Mortis.

Vt si per tēpus liceat inquirere; id pro rei
grauitate faciat, studendo perse, si sit vir
doctus, vel consulendo alios doctos: & se
quatur, quod certum inuenierit licere; vel
saltem quod tutè ex opinione probabili
præstari posset. Si autem per tempus non
liceat facere prædictam juris inquisitio-
nem, nec etiam facti, illud inquirendo ab
hijs, qui affuerunt facto (verbi gratia, quā
do qui baptizādus est in articulo mortis;
vel alius, qui receptur⁹ sit aliud Sacramē-
tū) tūc quisq; potest perse ipsum, re Deo
commendata, & cum vero desiderio cog-
noscendiveritatem, protemporis breui-
tate casum examinare, & curare in partē
practicè tutiorem, se inclinare, quando
non potest in certam: nam aliter, si expec-
tet aliorum consilium, interim morietur:
infirmus sine Sacramentis expositus pe-
riculo damnationis æternæ.

Quæ regula seruari potest in alijs casi-
bus vrgentibus, in quibus est periculum
in mora: vt in depositione conscientiæ
erroneæ; cum viri docti commode con-
suli

suli nequeunt, ne homo sit perplexus sæ-
pe. notant communiter doctores: maxi-
mè Gerson. 2. p. tract. de Natura, & quali-
tate conscientiæ. Cordu. lib. 3. q. 12. pag.
200. Adria. quolib. 2. art. 1. lite. f. &. D.
Bona. in. 2. d. 39. art. 1. q. 3. fine. n. 24.

EX CAPITE. I.

*Quid sit Baptismus. n. 1. Quæ eius forma, & ma-
teria. ibi.*

*Aqua artificialis, ut roacea non est materia Bap-
tismi. n. 2.*

*Parochi doceant suos Parochianos, maximè obser-
trices formam Baptismi, & modum Bap-
tandi. n. 3.*

*Quid faciendum sit, quando dubitatur, an sit ve-
ra aqua. n. 4.*

CAP. I. DE BAPTISMO.

Baptismus est ablutio corporis
exterior, facta sub forma præscri-
pta verborū. D. Th. 3. p. q. 66. art.
1. corp. Forma autē sunt illa verba: Egote
baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiri-

Decissio Casum Art. Mortis.

tus sancti. Materia autem proxima est ablutio, secundum communem Theologorum: quam refert Suar. 3. p. tom. 3. q. 66. art. 4. disp. 20. sec. 2. Materia vero remota, est aqua vera, & naturalis. Trid. sciss. 7. can. 2. de Baptismo, & Florent. §. de Baptismo, & addit non referre, an sit calida, vel frigida.

Vnde patet, aquam artificialem, qualis est rosacea, vel similis, nec vinum, nec aliquid aliud, quod non sit vera aqua, & naturalis, non sufficere ad Baptismum.

Oportet autem, ut Parochi, habita commoda occasione, instruant suos parochianos; maximè. Obstetrices, quomodo debeant baptizare, & doceant illos materiam, & formam necessariam, & modum baptizandi. De Obstetricibus dicit Synod. Hispal. anni 1586. lib. 1. de Officio Rectoris. §. 17 quia sepe contingit, ut infantes baptizari nequeant à Sacerdotibus; quod in ipso partu periclitentur. Cath. Pij. 5. de Baptismo. vers. Sed duarum.

Si autem dubitaretur, an aliqua esset

vera

vera aqua, vel non; & baptizandus esset aliquis in periculo mortis, nec alia certior aqua haberri posset, sine periculo baptizandi; tunc debet baptizari cum tali aqua dubia sub conditione tamen; scilicet, si hæc est materia sufficiens: postea tamen: si talis superuiuat, debet rebaptizari sub cōditione, scilicet, si non es baptizatus; ego te baptizo. &c.

EX DVBIO. I.

Baptism⁹, de quo merito dubitatur, an valuerit, n. 1
petendus est sub conditione. n. 1. Sive Dubium 7
sit juris, sive facti. n. 7.
Similiter est repetendus, quādo est opinio docens, 2
q̄ non valuerit; licet alia doceat valuisse. n. 2.
In rebus necessarijs ad salutē, tutior pars est semper sequenda. n. 3.

Non licet sequi opinionem probabilem, omissa probabiliore insuceptione Presbyteratus, nec quādo sequitur grāne scandalum, aut dānnūm. ibi.

De se malo certiori occurrentum est. n. 4.

Decissio Casuum Art. Mortis.

- 5 Dubius aliquando in jure sumitur pro opinione. n. 5
Baptismus est repetendus sub conditione, quando non est certitudo, quod fuerit validus primus. ibi.
- 8 Non est repetendus Baptismus, quando non est probabilis, & discreta ratio dubitandi. n. 8.
- 6 Opinio non facit aliquid certum, sed requiritur certitudo Baptismi valide dati. n. 6.
- 7 Regula generalis est, posse, & deberi repeti Baptismum sub conditione; de quo merito dubitatur probabiliter, siue juris. siue facti. n. 7.
- 9 Possunt esse conjecturæ dubitandi probabiliter de Baptismo; etiam adulti. & quæ sint. n. 9.
- 10 Parochi inquirant factum, quando puer baptizatus est ab alio; maximè ab obstetricice. n. 10.
Indubio inclinandum est in favorem animæ baptizandi. ibi. in fine.

D V B I V M. I.

V. R E P E T E N D U S S I T
semper Baptismus, de quo non constat
certò, an validè fuerit factus.



IN

TN Hac re constat; esse repetendum sub conditione (scilicet si nō es baptizat⁹) Baptismū illius, de quo est dubiū probabile, an sit baptizat⁹; ita ut pro ytraq; parte, scilicet, & quòd Baptismus valuerit, & quòd non valuerit, sint æquæ rationes dubitandi. Ita dicitur expressè. cap. 2. de Baptismo.

Addo amplius, esse repetendum sub conditione, saltem in articulo mortis, maximè circà carentes usu rationis, quæ doceat, in tali casu esse nullum: licet alia opinio probabilis sit in oppositum, quæ doceat talem Baptismum esse validum. Ita Angl. i. p. in. 4 q. i. de Baptismo. art. 5. diff. i. Ange. Baptismus. 4. n. 8. Arm. n. 45. P. Sot. lec. i. de Baptismate. §. De suscipiente: & colligitur planè ex D. Th. 3. p. q. 68. art. 11. ad. 4. expressè. Suar. 3. p. to. 3. q. 66. art. 9. diff. 22. col. vltima. & q. 71. ar. 4. disputatione. 3 i. sec. 6. col. 2. P. de. Ledes. 1. p. sūm. de Bapt. ca. 5. cō. 2. dub. i. dicto. 2. Bacon. in. 4. d. 6. q. 2 art. i. Rodr. i. p. sūm.

Decisio Casuum Art. Mortis.

cap. 25. fine. Valéti. 3. p. disp. 4. q. 1. pūc. 4.
col. antep. vers. Rectius.

3 Probatur quia licet admittamus, posse
quemlibet tutè sequi opinionem practi-
cè probabilem; nec teneri sequi proba-
biliorem, maximè si paruus sit excessus in
probabilitate, etiam circà Sacra menta,
præterquam in susceptione Presbytera-
tus; eo quod ex eo dependeant multa Sa-
cramenta; & dummodo non sequatur
probabile, & graue scandalum, vel dam-
num ex opinione minus probabili, quan-
do securè posset probabiliorem sequi; &
nulla esset grauis causa, qua quis excusa-
retur à permissione talis damni; vt in ma-
teria de conscientia defendunt doctores:
Id tamen non habet verum in rebus ne-
cessarijs ad salutem; quando, scilicet, si er-
retur in re, quāuis bona fide procedatur,
periclitatur salus æterna alicuius. Ut in
nostro casu Baptismi, qui secundū Tri-
de. S. 6. de Baptismo. can. 5. est necessari
ad salutē. Nam licet in reb⁹ dubijs tutio-
rem partem sequi, sit sæpe consiliū tātū;

&

& non præceptū. Nau. cap. Si quis, de Pœnitentia. d. 7. n. 30: & .42. Id tamē est omnino necessariū in dubijs pertinentib⁹ ad salutē æternā, vt mediū & finis. vt docet.

Nau. proximè. Sil. Verbo. Dubium. q. 2.

n. 4. Panor. in cap. Iuuenis, de spons. n. 2.

D. Aug. to. 7. lib. i. de Baptismo cōtra Do nat. cap. 3. fine. & cōmūniter doctores.

Confirmatur, qui de se malo certiori
occurrendum est. cap. Iuuenis, despōns,
&. cap. Si quis autem, de Pœnitencia. d. 7
infine. sed quādo vtrinq; sunt opinione;
an valuerit, vel non, Baptismus, certius
malum est, non rebaptizare sub conditiō
ne: quia concurrit periculum damnatio
nis æternæ animæ baptizādi; quā sit irre
uerētiæ rebaptizationis; quia irreuerētiā
contra Sacra menta excusatur & opinio
ne probabili, & conditione apposita. er
go facienda est talis rebaptizatione. qd. 23

Confirmatur. 2. quia in jure, dubium
non semper sumitur contra opinionem:
sed etiam pro opinione, licet sit etiam a
dia opinio in cōtrariū: quod potest colligi

Decissio Casuum Art. Mortis.

ex subiecta materia. vt cap. Dominus, de secundis nuptijs, & cap. Inquisitioni, de sententia ex communis. Vnde omnes ferè regulæ juris loquentes de dubio, habent locum in opinionibus: vt fauendū esse libertati. leg. Quoties. ff. de reg. jur. Item benigniora esse preferenda. leg. Sé per in dubijs. ibi. Meliorem esse cōditionem possidentis; cap. Ex literis. §. Quod si de probatio, & regul. in pari, de reg. juris. in. 6. Fauendum esse potius reo, quàm actori, reg. cum sunt. ibi. In pœnis, benigniorem interpretationem sequēdā esse. Leg. in pœnis. ibi, maximè in nostro casu, in quo requiritur certitudo, vt excusatetur repetitio Baptismi. Patet ex Grati. cap. Presbyteri, quos. §. Quod ergo. d. 68. Vbi dicit, Ordinem, ac Baptismum esse repetendos sub conditione, si fuerit dubium, & appellat dubium, vt patet ex contextu, quando non est certitudo, maximè Concil. Carthag. 5. can. 6. & refertur cap. Placuit, de conse. d. 4. afferit, esse rebaptizandos pueros, *Nisi ipsi, aut certissimi testes*

testes, esse eos baptizatos sine dubitatione testen-
tur, & redditur ratio. Nè ista trepidatio, eos fa-
ciat Sacramentorum purgatione priuari. Sicut
etiam iterum cōsecrāda est Ecclesia, de qua
dubitatur, an sit cōsecrata, ita ut nec cer-
ta scriptura, nec testes (scilicet, certi) exi-
stant, à quibus consecratio sciatur, ca. So-
lemnitates dedicationum. t.d. i: & dat ra-
tionem, quæ etiam habet locum in Bap-
tismo. Quoniam non monstratur esse iteratum,
quod nescitur esse factum. Et maximè, vt de
Baptismo dicitur c. Si nulla. de conf. d. 4.
Quia non interuenit temeritas presumptionis.
ubi est diligentia pietatis.

Conf. vltimò, quia opinio nō facit ali-
quid certū, sed requiritur certitudo Bap-
tismi validè dati, vt nō repetatur, vt pro-
xime probatum est: ergo non obstante
opinione aliqua, repetendus est Baptis-
mus sub conditione, quando est aliqua
opinio, quæ doceat in validè fuisse da-
tum.

Hinc colligitur regula generalis, pos-
se, & debere Parochum repetere Baptis-
mus.

Decissio Causum An. Merit.

num sub conditione, de quo meritò dubitat probabiliter, (siue dubium sit iuris, siue facti.) faciendo diligentiam pro temporeis opportunitate; ut dixi præludio. 2.
num. 2.

8 Nec tamen propterea repetendus est facile Baptismus, quando non est discreta, & probabilis ratio dubitandi; aliter oporteret, nos omnes rebaptizari; quia nescimus, an ritè nobis fuerit ministratus Baptismus. Vnde rebaptizari non debet natus, & educatus inter fideles, licet non constet fuisse Baptizatum; nisi sit aliqua conjectura probabilis dubitandi. Ita Pal. in. 4. d. 6. q. 4. a. 1. c. 1. Soto. d. 3. q. vni. col. ii. vers. Fit Angel. q. 1. de Baptismo. a. 7. in principio. appendice. i. Nau. cap. 27. n. 246. D. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 13. §. 12. vers. De illo. Sil. Baptismus. 4. q. 9. num. 7. Suar. 3. p. q. 66. a. 9. disp. 22. sec. 2. col. vltima: & habetur. capit. vltimo de Presbytero non Baptizato, in fine.

9 Possent tamen esse conjecturæ, ob quas meritò dubitari posset de Baptismo; etiam

etiam iam adulti, scilicet, quando baptizans fateretur, se saepissime solitum fuisse Baptizare juxta aliquam opinionem probabilem, quæ docet in aliquo casu valet Baptismum, contra aliam opinionem id negantem: vel omisisse aliqua verba substantialia formæ; vel quia testis qui testificatur aliquem fuisse Baptizatum, est ex aliqua ratione speciali suspectus, & minus fidelidignus; vel quia non testificatur certò, vel licet certò testificetur: factum adhuc remanet dubium; vel remanet opinio de nullitate Baptismi.

Et ideo tenetur Parochus inquirere factum, cap. Gum itaq; de conf. d. 4. & maximè examineate Obstetrices specialiter rogando eas de modo, quo Baptizarunt, & in qua parte corporis, & quibus verbis Synod. Hisp. anni 1586. lib. 1. tit. de officio Rectoris. capitul. 1. §. 17. Cath. Pij. V. de Baptismo: versiculo. Sed quoniam Nec contra hæc est Sot. in. 4. distin. 3. quest. vñica articul. 9. in. 4. argumento.

Decissio Casuum Artis Mortis.

versi. Circum tantum enim ibi vult tollere abusus repetendi Baptismū sine necessitate; quod suo tempore frequens erat. Et ideò non est mirum si declinare videatur in oppositum extremum, scrupulosius loquens de rebaptizatione: ut excessus extremonum, ad mediocritatem reduceret. Itaq; vt uno verbo dicam, in dubio semper inclinandum est in fauorem animæ Baptizandi, vt bene Suar. proximè, & planè docent capita citata.

EX DUBIO. II.

1. Quidam riquirunt ad Valorem Baptismi pun
Et ualem omnime similitatem. n. 1.

2. Alii credunt sufficere moralem, nec sufficere
ullam similitatem physicam. n. 2.

3. Curandum est in omnibus Sacramentis; ma-
xime Baptismi, & Ordinis, vt omnino concurrant
simil fima & materia; & quomodo hoc præsta-
bitur securè in Baptismo. n. 3.

4. Sufficit & requiritur, vt concurrat in Sacra-
mentis, etiam Baptismi aliqua pars forme cum
materia simili. num. 4. Quidam. sicut. Simp-

Si non sit aliqua saltim simultas physica materiae cum forma, repetendus est Baptismus sub conditione.n.6.38. 6
temporibus quodam dicitur. 38 Non debet baptizari nisi
in plena conscientia. 38 Non debet baptizari nisi
in plena conscientia.

Ex DUBIUM. II. 28. ad hoc

**V. SIT NECESSARIVM
concurrere simul verba formæ &
actus oblationis ablationem.**

Quidam, quos sine nomine te-
mperatur, fert glossa, cap. Detrahe, i. q. i.,

in verb. Detrahe, afferunt debe-
re punctualiter concurrere simul mate-
riam, & formam: ita ut non sit Baptismus
si pueru extracto ab aqua dicatur, Spi-
ritus Sancti. ibidem 2 omnibus mixtum

Sententia docet sufficere, ut ante ver-
ba, vel post illa iam dicta, fiat ablutio, dū-
modo fiat proxime, ita victoria in summ.

de Baptismo. n. 38. ledes. I. 4. q. 7. a. 8. du-
bio 9. pagine 1. Sot. in. 4. d. 3. q. vn, a. 8. col.

. Enrr. lib. 9. sum. cap. 9. num. 10. Suar. 3.
. to. 3. q. 60. a. 8. disp. 2. sec. 2. col. 5 . versi-

B 2 Sed

Decissio Casuum Artis. Mortis.

Sed quæres. Idem Valent. 3. p. disp. 4. q. 1.
punct. 4. col. 4. vers. Obseruandum, quan-
do forma præcederet, & ablutio statim
illoco sequeretur; non verò, si ablutio præ-
cedat. Probatur, quia modo dicto verifi-
cantur verba formæ morali, & humanc
modo; sicut verè dicitur, quis bibere; si
proximè post hæc verba ille bibat; & ve-
rè affirmat quis, se lauari; quando proxi-
mè lauatur. 2. Probatut quia non est cre-
dendum Christum Dominum reliquisse
ré adeo necessariā expositā tanto pericu-
lo simultatis, ut docet prima sententia.

Dico tamen. 1. curandum est summo-
pere, ut in omnibus Sacramentis concur-
rant simul omnino forma, & materia,
maxime in Baptismo, & Ordine: quia nisi
quis sit Baptizatus, non est capax aliorū
Sacramentorum: & nisi vere sit ordina-
tus, non confert absolutionem sacramē-
talem; nec conficiet Eucharistiam, nec
Extremā Vnctionem, nec Confirmationē
nec Ordinem. Lc def. Sot. & Enrr, su
pra. Vnde totius est, ut Baptizans prius
inci-

Cap. I. de Baptismo. Dub. I. 12

incipiat abluerere, & dicendo formam, prosequatur ablutionem; à qua nō desistat, nisi dicta omnino forma; Ita ut ablutio sit ante, & post formam. Ricard. in. 4. d. 3. a. 3. q. 2. fin corp.

Dico. 2. si aliqua pars formæ sit simul saltē cum aliqua parte materiæ, scilicet, ablutionis, non est repetēdus Baptismus. (& idē de alijs Sacramentis) ita Doctores 2. sententiæ; & Suar. dicit certū. Prēterea Galet. tom. 1. Opūsculorum. tractatu. 26. de Ordine. ad. 1. Scot. in. 4. d. 6. q. 3. Gab. ibidē. q. 1. la. 2. con. 8. Ricard. d. 3. a. 4. q. 2. corp. ibidē Maior. d. 2. q. 2. arg. 4. Bassol. d. 5. q. 1. a. 2. fine. Pérez. 3. p. q. 66. a. 8. n. 3. Plob. de Baptis. §. 2. col. 4. Nau. ca. 22. n. 7. cum Card. Item Angel. Baptismus. 4. n. 4. cū Landulf. Sil. Baptismus. 5. q. 2. n. 3. Ar- mil. ibidē. n. 37. Toled. lib. 2. sūm. cap. 29. pag. 1. Cath. Pij. V. §. de Baptismo versic. Haec tenus, & cōmunis nostri tēporis. Probaturrationibus. 1. sententiæ; & prēterea vix est possibilis, vel saltem nimis pericu- losa pūctualis simultas, quā ponit. 1. sent.

ad

B ergo

Decisio Casuum Artis Mortis.

ergo indubitanter credendum est, dicta punctualem simultatem non esse institutam à Christo Domino, tanquam necessariam, ne vel multi relinquatur sine Baptismo, velsæpius repetatur, donec prædicta simultas habeatur. Deniq; quia non est credibile, Apostolos obseruasse predictam punctualem simultatem, cum Baptizarūt vna die, tria hominum millia. Actuum, 2. num. 41.

Dico. 3. verius esse requiri, ut saltim aliqua pars formæ sit simul cū aliqua parte materiæ. id est. ablutionis. Ita omnes Doctores citati pro dicto. 2. præter Doctores. 2. sententiæ; & præterea Manual Hisp. de Baptismo. pag. 37. Immo Enrr. lib. 2. cap. 8. num. 1. dicit, posse tunc iterari, licet falso addat, non teneri. Probatur, quia oportet esse aliquam coniunctionem materiæ & formæ: sed nullæ est vera coniunctio, si non se attingant, saltem aliqua ex parte: ergo ea saltem simultas requiritur. Confirmatur, quia, cùm Sacramenta efficiant, quod significant, debent vetera

ba

bā verificari, in aliqua parte temporis,
quod dicuntur: at non verificantur, si ablu-
tio præcesserit; tunc enim non abluit de
præsenti, sed lauit de præterito, vel si se-
quatur, quia tunc non abluit, sed abluti-
rus est: ergo requiritur conjunctio de præ-
senti cum aliqua parte verborum. Deni-
q;, quia si admittitur verificatio illarum
propositionum. 2. sætentiae ratione breui-
tatis temporis præmissi, vel subsequen-
tis verba; posset etiam maius assignari; cū
iam illud tempus non pertineat ad ver-
ba dictarum propositionum, quæ tunc iā
non sunt. Nec obstant rationes in oppo-
situm; quia licet aliquando ex circunstan-
tiis illæ propositiones admittantur; non
tamē sunt veræ in rigore, & proprietate:
at debemus verificate propriè verba Sa-
cramentorum, quando ad aliud non co-
pellimur ex Sacra Scriptura, vel decisio-
ne Ecclesiæ, vel communi Sanctorū, vel
Theologorū sententia: ea autē conjunctio
verborum cū aliqua parte ablutionis po-
test sine periculo fieri modica diligētia;

Decisio Casuum Ait. Mortis.

6 Dico. 4. & vltimò si ablutio non sit fī
mūlbum aliqua parte formæ, est repeten-
dus Baptismus sub conditione. Ita om-
nés Doctores citati pro dicto. 3. quia di-
cunt fētē omnes, Baptismum aliter non
valere. Tenet expressè Nau supra; & cre-
do sīne dubio esse faciendum, si Baptiza-
tus tali modo sit puer, vel alijs carens
usurrationis. Probatur, quia nostra senten-
tia est communior, & verior; ergo ei de-
bemus conformari in casu necessarij Sa-
cramenti: ut patet ex latè tractatis dub.
E I. & dicendis infra, cap. 4. dub. 2. sec. 3. à
num. 37.

7 Ad huius comprobationem adducam
quod mihi quidam Pater. J. D. F. de Pa-
dua religiosus, & valde doctus retulit, se
à viro quodam illustri. D. Jacobi Com-
mendatario accepisse, se gradua in æta-
te iterum sub conditione baptizatum
fuisse, & alios multos, qui per decem an-
nos baptizati fuerant in Populo Ruthi,
Cordubæ dicens, eo quod dicti po-
puli Parochus eos primum baptizasset,

non

non conjugendo formam cum ablutiō
ne: idq; ex Cordubensis Episcopi decre-
to factum fuisse; post exactam de eo cum
viris doctis consultationem.

EX DUBIO. III.

Baptismus fieri debet in capite. num. 1.

Et non est repetendus factus, etiam in solo capi-
te. num. 2.

Baptizari debet puer in minima parte, etiam digi-
to, si sine periculo expectari nequeat maior
temporibus, sub conditione; sub qua etiam debet repeti
in capite, quando in capite fieri possit postea.

num. 3. Quid debet nisi in aliis? Valeat Baptismus in pectore, vel scapulis, vel hu-
meris; secundum aliquos. num. 4.

Baptismus non factus in capite repetendus est
sub conditione n. 5.

Puer baptizari posset in utero, si ibi ablui posset,
et eius nativitas non possit expectari. num. 6.

Et sequenti. Baptismum in capillis, non valere, est multo
verius;

Decissio Casuum Art. Mortis.

Verius; deberet tamen in illis Baptizari, quando non posset in aliqua parte; sub conditione tamen. Et sub eadem in alia postea est rebaptizandus; num. 7.

8 In pelle Secundina non potest fieri Baptismus nisi sub conditione in necessitate; Et sub eadem conditione repetendus; sublata tali pelle, num. 8.

DUBIUM. III. IN QVA PARTE CORPO.

ris necessario fieri debeat Bap-

tismus.

Primò. constat secundum omnes, Baptisnum fieri debere ad minus in capite. Ita ut hæc pars necessario semper ablui debeat, si possit: etiam, si reliquum corpus ablueretur: nam aliter esset peccatum.

Constat secundum omnes, non posse repeti Baptismum, etiam sub cōditione: quando fieret in capite: quia ea est præcipua pars hominis: in qua vigent omnes sen-

sensus; & hoc etiam si fieret in necessitate ante aqua quam omnino. Infans nascetur, quæstio ergo est, an licet male fieret Baptismus; saltem teneret factus extra caput.

Constat, debere Baptizari puerum (cui ius perfecta natuitas ex pectati non posset sine periculo) in quacumq; corporis parte; quæ posset ablui; etiam si esset minima; vt pes, manus, vel digitus, ita tamē ut fiat sub conditione (scilicet, si hæc pars sufficit) quo casu ferè omnes cōsentiant repeti debere sub conditione (si non est Baptizatus) quando puer omnino nascetur, vel quando posset fieri in capite non dum natus.

Extra predictos casus, aliqui putant, certò dari Baptismum, quando fieret in toto pectore, aut scapulis; ita vt non sit repetendus. Ita Sotlin: 4.d.3.q.vni.a.7.in 3.arg, idem Suar.3.p.to.3.q.66.a.4.disp. 20.sec.2.col.5.& addit etiam valide fieri in humeris; immo licet fieri posse aliquando in his partibus extra caput, quando

Decisis Casuum Arti. Mortis.

ex ablutione in capite esset periculum salutis corporalis Infantis, raro tamen posset contingere tale periculum.

Nihilominus dicendum est posse, & debere sub conditione repeti Baptismū factum in quacumq; corporis parte, præterquam in capite. (quamquam tolerati posset factus in toto pectorc, & scapulis simul.) Ita D.Th. 3.p.q. 68.art. 10.ad. 4.D. Ant. 3.p.tit. 14.cap. 13. §. 1.col. 2. P. Sot. lectione. 1.de Baptismo. §. de suscipiente Holcoth.in. 4.q. 1.a. 4. Marsil.q. 4.art. 4. dub. 6. Dura.d. 6.q. 1.a. 1. fine. Idem Pa- Ju.q. 1.a. 1.con. 2. Sil. Baptismus. 4.q. 1.n. 2. fine. ibidem Arm.nu. 38. Vict.sum.de Baptismo. q. 31. Probatur ex dictis supra dub. I. quia hic sunt duæ opiniones contrariæ circa valorem Baptismi in hoc ca- su; & opinio negans non valere, est plu- rium, & grauiorum doctorum: ergo re- peti debet talis Baptismus sub conditio- ne.

Quod habet etiam locum, quando In- fans non esset omnino natus: quia ratio-

D.

D.Th. & aliorum non fundantur in hoc;
 quod sit natus vel non: sed in hoc, quod
 debet ab aliis præcipua pars. Immo Gabri.
 in 4.dist.4.quæst.2.articul.3.dub.2.ver.
 Et dicitur. Ledeſm. I.4. quæſt.9.articul.
 II. pag. 158.col.1.&. Suar.supr. quæſt.68.
 art. II. b. cne dicunt, posſe puerum bapti-
 zari in vtero matris, si posset aqua lauari
 in aliqua ſui parte, modo explicato. & D.
 Th.in.4.dist.6.quæſt.1.artitul. I. quæſtiū
 cula. I.corpore. & D.Bona. ibidem pat.
 2.articul. I. quæſt. I. num. 46. rejiciunt ra-
 tionem, quam aliqui dant; ideo non po-
 ſe baptizari Infantem in vtero, quia o-
 portet prius naſcicorporaliter, quam re-
 naſci ſpiritualiter. & Patet quia potest ex
 trahi Infans ab vtero matris iam mortuę
 ſcindendo illam: quo caſu Infans non
 naſceretur naturaliter: immo tunc etiam
 in vtero matris ſic apertæ poſſet bapti-
 zari in aliqua ſui parte ſub conditione,
 vel ſine illa; modo ſupra explicato, ſi ti-
 meretur periculum ab egressu ex vte-
 ro. At aperiri matrem tunc mortuam
 6bom mo-

Decissio Casuum Art. Mortis.

monent Manual. Hisp. de Baptismo. cān.
15. & Suar. 3. p. t. 3. q. 68. a. 11.

Ex dictis sequitur, non sufficere, ut capilli abluantur, si pars nulla aquæ attingat carnem; Quia tamen aliqui dicunt valere talem Baptismum probabiliter, aut saltem esse dubium, ut Told. libr. 2. sum. cap. 28. fine. & partim Sot. 4. d. 3. q. vni. a. 7. col. antepenultima, vers. Atq; idem Enrr. libr. 2. sum. ca. 7. n. 2. litteta. 1. Ideo Baptizari posset quis in capillis sub conditione, quando in nulla alia parte posset, sed postea esset talis rebaptizandus sub conditione, ut bene docet Angl. 1. p. in. 4. q. de. Baptismo. a. 5. diff. 1. appen- di. 1. & tandem concedunt Sot. & Enrr. supra. Probatur, quia capilli sunt minus partes hominis, quam manus, vel pes, in quibus, ut dictum est supra, in certissime fit Baptismus: ergo, &c.

Similiter posset validè ministrati Bap- tismus, saltem sub conditione. sub pelle se- cundina, quando non posset Infans ea exui, quod curandum esset; si fieri com- modè

modo posset. Ita Sil. Baptismus. 4. q. 1. n.
 2. Ibidem Arm. n. 38. Ang. Baptismus. 6.
 n. 4. cum Aureol. Probatur, quia talis pe-
 llis protunc pertinet ad Infantem quo-
 dam modo ut pars eius non tamen repu-
 starem inconueniens, sublata postea tali
 pelle illum rebaptizari sub conditione.
 Immo ita faciendum existimo; quia talis
 pellis non videtur esse propriè pars pueri
 sed se habet quodammodo ut vestes; in
 quibus non valet Baptismus, nisi aqua
 corpus ipsum tangat secundum Sot. &
 Enrr. sup. Scot. in. 4. d. 4. q. 3. col. 2. Gab.
 q. 2. a. 3. dub. 2. & omnes.

EX DUBIO. III.

Non sufficit ad Baptismum quecumq; aqua; sed
 sufficit in ea quantitate, in qua dicatur quis
 ablui. n. 1. & 2.

An Apostoli baptizauerint eisdem diebus; &
 quo modo omnes, qui dicuntur credidisse, Ac-
 tuum. 2. & 4. n. 3. & 4.

Decissio Casuum Siti Mortis.

in. i. p. 20. D V B I V M . IIII. ^{ex} q. s. h. m
d. amiliaq. g. A. 8. n. m. A. mobidi. e

QVAE QVANTITAS AQUAE

requiratur, ut valeat Bapt. et q. s. ill.
aq. in aqua non sicut in obsoletab.
est softeq. et teld. et non obsoletus non
est obsoletus dicitur nisi quod est multipliq.

Quidam docent, valere Baptis-
tismum in quacunq; minima ap-
proqua, dummodo sit sensibilis.

Ita Enr. lib. 2. sum. capit. 21. numer. 4. &
L edef. i. 4. quæst. 7. articul. 8. dub. 1. pa-

gin. 10. qui refert pro se Gab. in. 4. d. 4.

quæstion. 2. articul. 3. dub. 3. si sed sanè
Gab. tantum dicit parum referre ad effe-

cum Baptismi, an aqua in pura, vel in
magna fundatur quantitate; non tamē
negat, requiri in aliqua quantitate.

Et ideo dicendum est, requiri aquam in ea
quantitate, in qua Baptizatus verè dici
posit fuisse ablutus; & aliter non valeat
Baptismus. Ita Sot. in. 4. d. 3. q. vni. a. 7. co

lun. 5. vers. Atq: Grafis. 2. p. Decessioneum

lib. 1. c. 4. nu. 19, Petrus de Ledef. i. p. sum:

de

de Baptismo. c. 3. con. 3. dub. 1. & Suar. 3.
 p. to. 3. quæst. 66. articul. 4. disput. 20. sec.
 2. colum 9 antepenult. versicul. Quare: &
 dicit oppositum esse improbabile. Item
 Valentia. 3. part. disputatim. 4. quæst. 1.
 p. inq. 2. colum. 3. versicul. Itaq; . & planè
 'Alexand. 4. part. quæst. 8. articul. 2. §. 2.
 Probatur quia aqua requiritur in ea quæ-
 titate, ut verè, & propriè verificetur for-
 ma: at non dicitur quis propriè lotus ex
 eo, quod cum guttulæ aquæ attigerint.
 Ergo requiritur certa quantitas aquæ, ut
 verè & propriè verificetur forma Bap-
 tismi.

2
 Nec valet ratio Enriq. quia in mini-
 ma parte potest esse panis; atq; adeo &
 post consecrationē Corpus Christi Do-
 mini. quod quantum ad hoc sequitur
 conditionem panis. at ablutio non sic
 quacunq; aqua, sed in tanta quantitate,
 quā quis verè dicatur lotus.

3
 Nec potest objici illud, quod aliqui
 Doctores adducunt, ex libro. Actuum
 Apostolorum, capite. 2. numero. 41.

27^a Decissio Casuum Art. Mortis.

ybi dicitur, vna die baptizatos esse fere tria millia; & cap. 4. n. 4. credidisse quinq; millia; nam in hoc secundo loco non est certū, illa quinq; millia pertinere ad illā diem : est enim inter Doctores controuersia; an ille numerus compleatur etiā ex numero dicto in cap. 2. Ita ut duo tantum millia conuersa sint hac secunda vice. Præterea non dicitur ibi cap. 4. baptizatos fuisse omnes illa die; forsitan; quia qui illa die crediderunt baptizati sunt etiam diebus seq̄tib⁹; ut dicit D. Carthā illo loco. Et licet qui conuerſi sunt die Pē tecostes, baptizati sint omnes illa die; ut planè docet D. Leo. cap. Propriēz de cōse. d. 4. fine; nihilominus non est credibile, Apostolos baptizasse per leuem aquæ aspersiōnem. 1. Quia Iudæi assueti erant varijs Baptismatibus, vt dicit Paul. ad H̄b̄ 9. & ideo opus erat, uti cum illis assueto Baptisme, hoc est, pleniore, vide licet in capite, & in bona parte corporis. 2. Quia proximè præcesserat Baptismus Ioannis, quo baptizabantur in Jordane;

vt dicitur Ioani. i. & cap. 4. dicitur discipu
los Christi Baptizasse plures, quam Ioan
nes, etiam ante passionem. Ergo post re
surrectionem Christi Apostoli non muta
uerunt modum ablutionis respectu Iu
dæorū, ne scandalizarentur. Deniq; quia
credendum est, Apostolos usus fuisset Bap
tismo optimo, & certissimo, ut esset nor
ma, & exemplar sibi successuris: sed in
certissime datur Baptismus in alia parte
corporis, quam in capite, & esset contin
gens, ut non attingerentur capita; si Apo
stoli baptizassent per confusam aquæ af
persionem respectu plurium: ergo non
est credendum eo modo baptizasse.

Dicendum est ergo, tria in illa homi
num non difficile baptizari potuisse una
die, immo minoritempore, non solum à
duo decim, sed etiam ab uno, cum quoti
die videamus ordinari magnam multitu
dinem ab uno Episcopo, & paucis horis:
& ab uno confirmari innumeros cum
multo pluribus ceremonijs, quam essent
illa die in baptimate. Maximè quia po

Decissio Causuum Art. Mort.

tuerunt Baptizari, non solum ab Aposto-
lis; sed forsam & alijs discipulis, vt dicit
Cartuss. supra, & Salmcron tracta. 15. in
Act. Apost. col. 5.

EX DVBIO. V.

- 1 Non est baptizadus expositus, qui affert schedu-
lam Baptismi, vel quando testis quicunq;
non suspectus in fide certò afferit fuisse bapti-
zatum. n. 1. C. 2.
- 2 Si predictum hac, vel alia sufficiente via, non
constat fuisse baptizatum; baptizandus est
sub condizione in quacunq; etate. num. 3.
- 3 Puer expositus à Demone, baptizandus est sub
conditione. n. 4.

DVBIVM. V.

QVANDO EXPOSITI IN- fantes baptizandi sint.

Quidam, vt Enrr. libr. 2. sum. capite.

3 l. numer. i. dicit non esse baptizandos
etiam

etiam sub conditione, si fuerint ætatis vi-
ginti dierum, nisi ex aliqua speciali cir-
cunstantia dubitetur, an sint baptizati.

Respondetur tamen, primò; non de-
bere, nec posse baptizari, si afferant se-
cum schedulam Baptismi; vcl si aliquis
testis afferat suisse baptizatos, sufficere-
q; testimonium saltem vnius vetulæ be-
nè examineat, certòq; testificantis, dum-
modo sit Catholica, & non suspecta in fi-
de, & religione. vt benè Pakid. in. 4. d. 6.
quæst. 4. art. 1. con. 1. Sot. d. 3. quæst. b. vni.
a 9. vers. Fit. col. II. i i. Nau. capit. 27. nu-
mer. 246. D. Anton. 3. part. titul. 14. capit.
13. §. 12. versicul. De illo. Sil. Baptism⁹. 4.
quæst. 9 numer. 7. glos. capitil. Cùm ita-
q; de conse. d. 4. in verbo. Qui testimo-
nio: & Enrr. supra; quia non est cre-
dendum velle mentiri in re tanti mo-
menti.

2. Ref. Baptizandus est expositus cu-
iuscumq; ætatis sit sub conditione,
nisi sit certitudo de eius Baptismo,
modo dicto, vel per aliam certam

Decisio Casuum Art. Mortis.

probationem tenet Panor. cap. 2. de Baptismo. n. 3. Palac. Nau. D. Anto. Sil. supra, cum Ricard. item Armil. verb. Baptismus n. 43. Angelus. Baptismus. 4. n. 8. Scot. in. 4. d. 4. q. 8. ibidem Gab. q. 2. art. 3. dub. 4. Holcoth. q. 1. a. 7. dub. 1. a. 7. Marsilius. q. 4. ar. 4. dub. 7. Item probatur, quia hoc expressè decernitur cap. Paruulos; capit. Cum itaq; & cap. Si nulla, ubi requiritur, saltē affirmatio ipsius baptizati, l. aliorū; &c. Cùm itaq; &c. Si nulla citatis fit mētiō de adultis. Deniq; quia potest contin gere, ut parentes pueri expositi, potius cū rauerint eum exponere, quām baptizare credentes eum baptizandum facile, nō ferentem secum schedulam sui Baptismi: deinde alij, quibus exponitur, curare solent, sibi expositum alijs exponere, tanta q; diligentia, ut vix eum possint Baptiza re; alij postremo nō audent puerum baptizare, eo quod videant, eum iam aliquorum dierum, præsumentes, eum iam esse baptizatum; & sic miser remanet sine baptismo. Est ergo sub conditione Bapti zandus

zandus quicūque expositus cuiusq; ætatis; de quo non constat esse baptizatum: quia sāltem dubitatur probabiliter de eius Baptismo; juxta probata. dubio. 1.

Et idem est dicendum quandò à Dæmonē supponeretur unus puer loco alterius; quia de illo constare non posset esse Baptizatum. Ita Holcoth. 4. q. 1. a. 7. dub. 15. & Mars. q. 4. a. 4. dub. 17. Omnia ergo

EX DUBIO. VI.

Quocumq; metu, quo consentit quis mente, in Baptismum, valet Baptismus. n. 1. dicitur. Si mente posituè non consentiat; sed repugnet, non valet Baptismus; licet in foro exteriori presumatur. n. 2. Et ita si postea verè consentiat, est repetendus. ibidem. Namq; dicitur, Non secundum mūrūm. Est repetendus Baptismus receptus cùm voluntate neutra, id est, nec consentiendo, nec resistendo. n. 3. audiique sibi in baptismis.

DUBIUM. VI.

C. V.

13. **Decisio Casuum Arti. Mortis.**

V. V A L E A T B A P T I S.
museius, qui vi, vel metu fuit
Baptizatus. **U**nusq[ue] baptis
alli obnoxii multoq[ue] mortali.

Dico. i. Si consentiat in Baptis-
num mente, tenet Baptismus,
& compellendus est seruare re-
ligionem Catholicam, quam tu quis me-
tu grauissimo sit inductus ad Baptismum.
Ita omnes Doctores, & habetur capite.
De Iudeis. 45. d. ex Concilio Tolet. 4.
can. 5. & capite. Maiores, §. Item qua-
ritur de Baptismo: quia metus non tollit
rationem voluntarij simpliciter; in quo
differt a vi precessa, que tollit omnino
rationem voluntarij; atq[ue] adeo valo-
rem Baptismi: ergo qui consentit in Bap-
tismum mente est verè baptizatus, & te-
net eius Baptismus: quamuis metu grauif-
fimo sit inductus ad illius suceptionem:
ut dicitur in dictis capitibus.

Dico .12. Qui exterius tantum
con-

consentit in Baptismum, repugnans; ta-
men mente, ita ut possit uè dicat; se
non consentire, & tantum fingeat con-
fessum in foro exteriore; compelletur
seruare Religionem Catholicam; ut dici-
tur in dictis capitibus: in testamento: tunc
non valet ille Baptismus; & ideo repeten-
dus erit, si postea mente consentiat. Ita
Ledes. I. 4. quæstion. 9. articul. 7. finē pâ-
gin. 144. Adrianus in. 4. de Baptismo quæ-
stion. 1. articul. 7. §. Contra istud. Scot. in
in. 4. distinction. 4. quæstion. 4. §. Et ter-
tio membro. & quæstion. 5. §. Respon-
deo. Diu. Bona. ibidem. i. part. articul. 2.
quæstion. 1. numer. 220. Paludan. ibidem
quæstion. 2. articul. 11 & articul. 3. prope
finem. Sot. distin. 5. quæstion. vniq. artic-
ul. 7. propositione. 1. Armili. verbo. Bap-
tismus numer. 7. Angelus. Baptismus. 6.
numer. 6. Toled. libr. 2. summa capite.
21. §. 3. & communis. Probatur quia
Baptismus nullum habet effectum, nec
imprimet characterem, si inueniat volun-
tatem renitentem; ut habetur expressè.

22. *Decissio Casuum Arti Mortis.*

cap. Maiores, de Baptismo in fine, sed qui
in ore contradicit, licet ore significet se
non contradicere, vere contradicit, & ha-
bet voluntatem tenitentem, licet secun-
dum apparentiam tantum consentien-
tem: ergo non recipit characterem Baptis-
mi. 2. Probatur, non valet secundum om-
nes Matrimonium, in quo tantum est co-
sensus exterior sine interiore: ergo nec
Baptismus. Eadem enim utrobiq; est ra-
tio, scilicet, requiri in adultis proprium
consensum ad contrahendum Matrimo-
num: & ad proficendam religionem Chri-
stianam, & subjiciendum se jurisdictioni
Ecclesie, cui subjicitur omnis, qui recipit
validè Baptismum: ut dicitur. cap. Maio-
res, §. Item quæritur, de Baptismo.

3. Et eisdem rationibus probatur esse
baptizandum eum, qui cum voluntate
negativa, seu neutra, baptizatus est. r.
nec consentiens, nec dissentiens. si id ali-
quando contingere: ut contra Gaiet. 3.
p. q. 68. a. 7. tenent Sot. supra, con. 3. Led.
supra Adri. §. Sed inde adultis Gab. in. 4. d.

4. q. 2. arti. 2. co[n]fessib[us] de[m]onstrat. Scot. q. 4. fine
corporis. Duran. q. 7. & Entr. libr. 2. sum.
cap. 24. n. 3. Colligitur ex cap. Maiores. S
citato, qui dicit minime consentientem,
etiam si non dissentiat; non recipere Bap
tismum. Deniq[ue] quia ille non magis con
sentit in Baptismum, quam si nullo mo
do nosset Baptismum; nec haberet volun
tatem, cum nullam eliciat circa Baptismum
illius electionem. Nobis ab aliis dubioq[ue] ob
stacionibus in sicut in doloq[ue] manifestoq[ue]

EX DUBLO. VII.

Non valet Baptismus nigrorum quando omnino
ignorantes, illum recipiunt. n. 1. in IV. 2. apud
Sufficit tamen, ut aliqualem Baptismi notitiam
habeant. n. 2. a origine etate baptizatio. Dicitur
In dubio tamen ex speciali causa, Baptismus in
illis est repetendus, sub conditione. n. 3. in
singulis. 2. modis. neq[ue] 2. estius dubio. 4. b
Ratiocinatio. DUBLO. VII.

QUANDO NIGRI SEVERI

Ethiopes censeantur Bap
tizari.

R E S.

Decisio Casuum Art. Mortis.

Repondetur resesse Baptizandos
Nigros, qui adducuntur ab Ethio-
pia, non solum quando inuiti bap-
tizantur; secundum supra dicta, dubio
sed etiam quando omnino ignorantibus
Baptismum, ad Illuminatio[n]e habuerunt, vel
ut ad balneum aquae Italicae. i. 4. q. 9. a.
7. dubior ratione ultima. Sot. i. 1. qd. 5.
q. vni. a. 7. col. ante penult. & Acosta lib. 2
6. de procuranda Indorum salute cap. illi
circa finem. probatur quia ignorancia fa-
cit in voluntariam.

Repondetur: 2. valet tam en Baptisa-
mus; si Nigri haberent aliquam notitiam
Baptismi; ita ut saltem sciret, illum ad cul-
tum Dei, vel ad eius reli-

Cap. I. de Baptismo. Dub VIII. 25

extra tale periculum , si non expecte-
tur ; eos reducendos ad pristinum usum
rationis , nec constet certò esse eos in mor-
tali , & carere sufficiente dispositione , ut
remittatur illis per Baptismum : quia co-
placentia talis peccati perseuerauit usq;
ad eorum amentiam (quæ complacentia
vix potest cognosci .) Enr lib . 2 . sum . cap .
24 . n . 4 . Angl . q . 2 . de Baptismo : articulo
ultimo . c . 3 . Scot . in . 4 . d . 4 . q . 4 . § . Hic di-
stingo . versicul . 2 . ibidem Gab . q . 2 . art . 2 .
con . 3 . Sot . d . 5 . q . vni . art . 12 . con . 3 . Hol-
coth . q . 1 . a . 4 . Suar . 3 . p . to . 3 . q . 68 . a . 4 . dis-
puta . 24 . sec . 1 . dict . 2 Sil . Baptismus . 4 . q .
2 . n . 3 . ibidem . Arm . n . 69 . & D . Th . 3 . p . q .
68 . a . 12 . cop . Ego tamen intelligo , non
esse baptizandos in amentia ; quando bre-
ui expectaretur usus rationis : nam si spes
usus rationis esset parua , vel in longum
tempus ; non esset expectandus usus ra-
tionis ad baptismum , in eo , qui habuit suf-
ficientem voluntatem ad illum : quia ho-
mo , maximè amens , vel furiosus est expo-
sus multis periculis mortis . cap . Quo-

E A

D

nam

DE MODO REBAPTI-
ZANDI IN CASIBUS POSITIS.

Respondetur, vitandum est pro viribus scandalum in rebaptizatione necessaria. Et ideo Parochus vocet secretò cum, cui, ille est curæ, & alium virum cordatum, qui sit Patri-nus, & reddit a ratione, cur talis rebapti-zatio fieri debeat, illam secretò faciat, & clausis Ecclesiæ januis; aliquando tamen posset contingere, ut esset necessarium, rebaptizationem fieri publicè ad tollen-dum scandalum, quod sequeretur, nisi ita fieret, eo quod causa nullitatis prioris Baptismi esset publica, & notoria.

EX DUBIO. X.

Rebaptizans in casibus necessarijs, non incurrit irregularitatem. n. i.

Rebaptizans sine necessitate, cù conditione tamē non incurrit irregularitatē, licet grauissimè pec-cet: incurrit tamē in talia casu est probabile. n.

Rebaptizans sine necessitate & sine conditione,

feccAt^rdm fsm r.j ^ *l: numeri^4*

' ..r^r. 'r

; ;£ D V B T V M

Vwsh

„

v / i n c j s I S F s r X j É 'i Ti ^'

*Sih rebaptí^at£0}i;s ;ucuriMuf^ ^ - ^ ■
nre^ii/rantas, - ■ - •*

% Ico. I .in caiibus 3in quibus fe-
cundum fupradicia diibjspra:- '
cedentibus fieri debet ^aut po-
tePerebaptizatio, nullam irregularitate^
auc aliam pmnam incarrit, qurrebapei-
zatiub conditione.Iraomncs'D'óctores..
Probatur quia non habcrgculpam , prop-
ter quam imponatur talis irregularitas.- ^

Dico, la Probabilius effe- non incurri
irregularitatem,etiam ab eo,qui mala fi- "
de rebaptizat, cum ;ondicióné^'tamen, (
maxima extiorejetia in. fi tunC'mortali C
ter,& :grauifsim epccc Jta.Nau c. tj,
n.i4^ .3zSuar.3.p.ro.3,q.rr.a 4. difp.yf.
fec. 6'.dub. 5.P.Ledes.t.p.fum.de Baptif-
mo.cap.5.con.2,djb. x-£n rr-iib>x-.ium.
cap. j i.n. iJiiera.d. cum-, p-alat-ig Penñi

'

~

re-

o ^

Cap,l.JeSápfY. i>iih.

XIf iy

^ ScTCGécio.nbus'.ítem Valenr, 5.p,difp* 4-
 q.i*pía aG 't.4.co Lanrep cn.r^í:.2>.dn b.i I.
 ñ.5.Pro-ba-tar Guia taUs nóii.in renclit bis
 ; "b-aprizarevísd-tannitri-fcm _{cIX/v}, ia-co-n'di-
 t o U n { c c { nd üm Baptlítir^ m , fi. prtnus
 í uitvalidiiS:oc ic-ano ap,prí3fc's;t.'ncG appro
 -baiT\vd d 'Ctut:-hsreíim rebaprtzar^ tium:
 -fed po tnls-G-am-éxclucliCjCpndi4 one:qu a
 iip Goriit. Oppoípixu tatnentener com-
 rnunior Sententia,qu:e lans _{cIL} prooaoi-
 lis: Quándo-autern quis-rébaptizarc" fi-
 ne nccGí2í?íti>píilbc cbdiciPne, fine.da
 bio

Aooíbatis: & cap. .Quibis 3^ cap.Eos,
 quos decónfc.d.q/ ■ ^ ■ ^
 Ll v' / 'tiniTlo : ::-r.rr ■ ^ ■ ^

-■%

; ðí:: ■ - ^ E;X D ^ * B I

■ ñjid'elium 'Jiljíis iÜick€ b/ pii ^ ^ ^ k r inulto '^ tro-
 fi f' ^ pitrente ifiih curnscara ^ (juando cAvet
 '- -yju YO ioéÍs. 'nXi'- ■ ' ■ ^
 jf?ox

-á'páré^iihHsm

J

T>eápQCáfn nmjhjyxQ YÜ^ ^ ^

4

*Tuenferm bAPTi^ripojfp.m c%confenfú domino
rum. etixm inuitisfxrsntihusjertiis j dum Ta-
men aconforÚQparentpmfubtrahantur.n-^d
eumjineTn licet Domino ~yendere, parentem ^
lon^inqtium^TPtseparatus apUo nequeat cM~/
illo commanicaredhidem,*

í

■ *In articulo irreparabili mortis licet bapti^i^yepúe
Yumin ‘Pitis parentibus^dummodo ñon Jit ora
^efcanddumcontrafidém,n, ^ \|*

[^]D V B IV M . X I. [^]
V. V₁ L _{\1} m F l D B L W M

*dicariðrmñtsp a r *
iibus^inarticuh monis.* [^]

f On ftat Secundam omnes valere
HumfrnodiBaptifnvj , vtií ii illi-

--- ^{^i^=}fierj:cjvtian-e illicite fic, qua
do extra articuiu mortis Baptizatur ilie, ^r
qui earetvili rationis in aito vtroq, parete
liib cuius cura eft fccúdií fcntentiá.D/f.
3 - ^ q. í8. a. 11. qu^ eft yera, & cdmunior.

*Ufixi. Q ^ i p r e t vfu rationiqnS habens
qui,cum haeret,deiiderauit Bap;
tif-*

w _ ^

r - non coftat mutafc propciitii;
 talis licite poteft,&: debet baptizari, etia
 -inuicis.parentibus.

* D i x i v t r o Q j piirentc j quiavel folania-
 A tre fideli volcti, vt filius ei" baptizetm-^li-
 * ^ ^ ^ r ^ acer ei ^ infidele ^ s noijit; fili ^ ^ ft b a p c i-
 » ^ 2:adus.Sot.in..4*d.5»cj.vni. a. lo .co .i. ver,
 ^ - .argnicur.En.di.i.ium *c.i- .n. • .Sua.V.p,

i.Nau.li.j.co Crit.d.couerfione infidcliu.
 c6f.4.n.15.&; dicit effe omniu^& habecur
 m C 5 cib T o L 4 .can.^i.6¿.c Judxi.2..8.q.i,
 Im modice tvtcrq; parens fit infidelis, 6^
 ^icer rcnitatutifialrer cofcntiatbapcizaii
 , pocef l;: habetur in C 6 cil.T o l.cic.can. 58,
 .li.c.Iud.tS.q.i.tu C autecuradum eft* vc
 , p ri ^ fubtrahatur fili ^ á curaj6c cofoxtio pa
 ' fēcis infidelis. Ita Suar.proxítnc.ll'iXi ^ iub
 ^ eui" * curacft; propccr-fcruos, qui T apyizari
 pofsut ex folo eoie fu dom inotüje ciájn uL
 tis paretib ^ pueror ubaptizador Uj q um o
 do abftrahantura conuidu parentur p, ^
 curetur n.c propterea a parentib inncteli"
 interfii:i antur Talu.4.d.4 dif.5.cpn.3.

O
^T^.taf;o Ca/uum JnMoYiis.

Eíirr.iüp.n. í * dicit ei&s'cDmmiirrcmi
AEag^z.q.íO.art. i 2.co i:-5.con.i.& 2k d
pamhaem licei'e Domino vendere pa^-. J
renccm feraum in longinquam. **6**c ira fe-
parari diiam^vt non mansatin eadem di - /
uiace, vei loc0jvbipQfsidcivm patenfríi?
in•xdehbtscomm, ^nicareíde-quibus vi-'
ac ja aus in-Doc^oril>'us-ciírái:i5^ ^ -

5 Ad dubíura ergd refpondetúc m.peri-
culDíife f^ rabdi móreis,eíiam inuitis;pa
rencibüs,ii perfuadcfi neq-uéant,vrcod--
dfn nanC:oaptizari.poteflj3uercařensvfüt
ratio m sjvel adulm's aaien-s d nariuitatí
fe.pr*ter& otam ,& íb qaa oes,xenetex '
llo m im s Sotan.4.a ;5.q.tn i.a..:io.«no. n
Aia g.iupracol.penak-im a.Eijrr.fupra..-n,
2.Azor.Eora.idumm dib.gic'ap-.2.5. düte.
lo.Acoibdib .g . deln-'doru.mfaíute . cSí- <
pite.-3 dic ititá decretrum faifle-in C
Concilio Lim-enfi.-caad. iy.Suarez.^vp.
to_3.q 68.a ro,difp.2:^.fe.c.j^corol.i.col.
r ■fOaEarqwa-in- ffx'rféffjínece fsítace,
axim e fpirtuali q&ecürréndqm- cftdFi
digcn, etianj per-tedíripicnd& éuní:^
^ tali"

J taliindigentia. DictaintclHgunttí'r- ítio-
 áódo a fit gran<%and-aiv.írñ contra _{IIU}
 ^-^quod nó eric^ii récieco'iaat-j&C üne vi;_{ecia}
 ' /frfcrant'parent€S.S'úa;r; tati-icn íu-prafert -
 • t a ie ic and a ₁₁₇ms qcí. and o.pbiiri ani
 féftam-vim-ptrerá'^arecibüs eriperetur^
 ^"Jquod fignideaneSot. & ckati, Id taraca
~~texamíná~~ ndurn relin'quitur pru dér 12; b'ab
 tizátrar-kperíbeáis om-n-ibirs circ-ií-nítan-
 tijs-dc faciliíis baptizari poíiecdl püércD
 fet in iocpjvbifacil'e pdáca,íi forteviué-
 rec, fubtrahi poíTet á parerinbus,8c edu-
 cari interfi-deles. Quia minus-mcoñuc-
 nienstim eretunte grediédiadindée-lira;-
 tem .

C A s , S .

E X D V B I O. X

*i^letBaptism uieiusiqüicmofeitur effefii^^^^c'ii j ^
 aufvnfut€um,^(ex^ndupt '(tliquos,^
 *; pon poteft licite dítriBapnfmtís, fu ij it id pd ^-
 Vtó catéldrnd^myiccelkratw q
 ro 2,-.-^• ;'»í: denr.u uu . • iii •;*
 ÑoHíicetfeindeiiemdt'rein^i'uam], lúp'tsr^iér ^ i
 infdn^quiejl^in'éhüliUr^^^^
 J HAtAadmúYt^mr,[ecund%my^ioYfr¿[^^
 D % ÚAm*

¶ Vectfio Caufmm^rt.iferth

tumi^numero

Scdatbtt icindi dti^sime fofi em mortem^

¶ Un effecium J[i]:

Exeeutio mortis pra^ttdjijtis damjjidtJC dijfe*

renda ejl yfque ad etm partum, nume, ^,

E^erpoteji torqueri, aut puniri poena corporali
numero, ibi.

5 ^ ^ ptl^ns eo modo y^tdefe ^o ' certif simein^
feratur mors.p.M. ejl irregularis. nume-^
ro, ^.

A Ve frf/iV BaptifmM, ibi. Eojfetabjlrahi
aqua cnbroyyelfuneyytbapti:; ^tUYpuer. nw^
mero. ^.

7 efl differendus ^qmndo pnepericu
animc poteji:& potefi effe nocium corpori^
num.j., . , ; V ♫

8 durandum efl debitis'dili^entijsytare damnu
corporis 3 quod poffet prouenirc eX Baptifmo i
numer cB. i / .. . ^ . - r

9 mors pueripne 3 jiptifmoyeü hapn: ^
dm in dubio an nocebit corpori, n.s ~

10 bapti: ^ndu6 quando fcitur certo y alias rnorr-
turm fine Baptifmo iich Baptijmus fitcaufá
i^ccelerationü parHsc.mortuEtieri.n, lOK% \

i

Imo

\

c

; cnaordinacur exincctione miiiftírátis^
 ' ' : Sentcana atfenrrion paíldiiciccj
 :/ 'licet p-offctvdidejConicrri.Bap.Dirnuiii,
 : ^ejuandoeíTeccernam, abiutione ta-cdrarii'
 xiTc caüíárn ma^nx accclararioTiis mo;-
 tiiBaDtizadi.ItaLe def. r.4.q .7.a.S.dub^
 I ? *P'^g- G.SärSot.irr. 4. d1Ít. 5! q. Vni,arc*S.
 fxnc.Et ponit exemplum , quando aqua
 eiréi nimiiieparaca apueio Baptizando^
 & non poffet atFerri ad locumpln *c\uo* cít
 piiCr;qui tam en ccrndmorietuTj-ri i-nmcr
 gatur in diðl;o pureo^Vei ilumine . Et pu-
 tant ita fentir£Gab.diit.4.q. i.a.r.t.; .dub',
 4 .SCQC.d. 5,jq.-3.May or.d.4. q .2 aii crtn-
 .tes non deberebaptizari puerum , cii;u>
 BapcirmuseSet caula mortis ipTrus.

→ Probatur, i .quia rriagis cencnar hom o
 "vitate in fe eulp amiqUam querere raliite
 .'lípiricuaie akeriusired (ic bapriz'an:-s pec-
 caret mortalitcr^cumeilet homicida^cr-
 go non poceft ric baptizare. ‘

Probaturi2.quia *tio Euñt facicnda-ma-*
la,vtveniam t boria-.rgo neque hofnici-
^diamyvt&lúecurpüCrđ ^-^-^:- dua ur-b

^

Con-

Decissio Casuum Art. Mortis.

sub conditione, si forte cuaderet puer.
Quia ibi non est ablutio, sed suffocatio:
non enim talis actio ordinatur dese ad
ablutionem Baptismalem; sed ad suffoca-
tionem: at requiritur ut actio Baptismalis
sit ablutio, & non ordinetur ex sua natu-
ra ad suffocationem, & morte: quidquid
per accidens ex malitia baptizantis, vel
aliquo ex accidenti contingat. Nam mors
per accidens non tollit veram rationem
Baptismi; secundum omnes. Denique,
quia nullus Doctorum, quem ego vide-
rim, affirmat id licere. Negant autem om-
nes proxime citati & Suar, supra &c. q. 71.
a. 4. disput. 31, sec. 3. col. 3. corol. 2. ergo fie-
ri non debet. Vnde i. sententia ad summum
est probabilis, ad effectum solum sepeli-
di in loco sacro sic baptizatum, quia ad
hoc minor probabilitas sufficit.

6 In hoc tamen casu, & in alio, in quo
secundum omnes constat esse baptizatum;
scilicet, quando puer in cribo, vel calatho
cum fune submergeretur in aqua putei,
vel fluminis, & eleuaretur. Curandum est,

^ vtperfune tfermifrátür in aquani aliqua
^ Vcftis,véHllquáeijs pars(quaietiam *iciC*
^^fáin varias parcespoiiet dcí'erüii'c prcfu
' iie^quaildo fiinison cilcc) vel cribus,
t aqua extracta c pu-
^ íi^aliqtió dicrbrum , poítet'baptizari
. p u e r fie penclitas;qiiíarhodm^
^m c it. ItandtatPálud.Gab.Sór. Ar L.fup,
&MarfiíupfvduBig. '

Dico.i.SinuHdiiiPit periculum iri dif- 7
férendo'BkptHmóv&dirJi tunc miniare-
tüt *i* quiapbteibturic' notabditer nbccre
faluci córpdríSj^ón tám eii', fi di&ratur;
eurn came'rtafi'umib'ndn tirn'eatür mors

áí'ffierendus; eftBaptir- >
mus vfqiie ad tempus fecuru . Paret qnia
^o teft habevtpqaeavtiliras Bapcirróivfi-

ñdii ariccá^
- iSi'éSorXüpr^blai pexiblti. Suar. íiipr. coh-
' 1 . f i n d ; - '• ■'

^ Dícb;3.'-quañdó no poteft com mode S
difftCTríBaptíimiAs'í quía in dilaricíñe cft .
penculuni; illícq ñdutrendum eil pericii:
.fq-m g c ftY íjrcófltteníefttiW :rcíií; c ft'-
» E vna

Decidió Cafuum ^ . Mortis ^

vnacarum immperfione, licet cíTetin
trina.lm m ó fine im merrioucjab lutis tan
riim capite; & : facie per infüfipncm mo^ ^
dica: aqua:, quce tamen fufíici^ pad ablp-^"
tionerri:5; vtcndo aqna calidaj-fi timcaj^ ^'
tat damnum aliquod ex frigida: male% t^
faccrct, quia iicerfacer. et. advertcter
D.Thom.5.p.q.(í(i.a,7.; Corp.& :ad.- .D.
Ántdnp. §.t.col.2,. ViŁtdnfum. dcBap; C.n^ ^
i8.Sil.Bapc.5,q.im.z.Gab.ipp^du^ ^ ^ Sua,
fup.col. 3.,(S̄ addit íi-h^co'brcrw; ntur pft
poíTe-accidcre m oralitetlp quedq,. vt ptq-
pterpcriculu mortis, omittcdps íitBaptif
m^,), IteSQt.fup.co!.5.^ei-. Solec; P,alu.4.d^
5-.g%3,fin; Pacct, qí3Íá:ti-p c& fev^a.co fue /?
tadó, qu x iit caufa mortis^quadp-alias-pq
te íl ha.b-erifubftatia-^ .clTenii^Eaptiimii; - ■

9 Dico.4. quando prediffi^..5Íiligenti|^ ^ ^
vitarinon potcíf pericuÍatpqFír?. R? P#B^
tifmo^fí íicdubium an féqueretiir, yel no;^
ex caiiBaptifmo mors puerbb.a.pti-zari:de
bet.(ín quonon subtiliterj^fcrnpu1G Íe
procedéqum eftjcum .raró Bapt-i:írauS;fiCr
caufa morris)quandQ:aUa3tim creturn»;
ritu-

ccrsG fciacfibi inde pro;vcjijcuranxgi:^e
nocamccurii,yel in íaliKfí>y<5Íin ipfá m ct
vita:ergQ ficut hoc lie.ec.adyijíÁndu-pec
ca-tmnjquia tollit vltifaüm6nem'.icaii]e:e /
bitvcijnedioneceffatiqaddakiteni.fpiri.. j
tualem aniiiaíe; quamvis inde.provcnur ,
mors corporis. . j.

14 Conlirmatur.i , tcnctnr:quis.3 etiañi á
non íic Pi^ ^ latus,cumip.etiíillo.viese xoi>
rigerc proximu in.extrema'rieersitare
fpiritualijquando contiñgetet{qüod vis
potcPc.).yt dócet.B.de Medíndib. r.fum.
c.i_ .§. '.pag.ri .Sot.rcleftione de tege
dorecretp.memb.i.q.a.corv.y.fin.Banez
^ ?**q*.53>^*Í^d^b.4.conc.3.Arag,ibid.q^
2xonc,;2>&: aiij eommuinicervi .: :

Vndq inferunt Suar.3,p;q,5?j,a.4.difp.
1.iec, 3,col.pen.& alij,tejicri quelibecd*
cu p-nctilo.mortis.bap.tizatépuerúiam,. n
iam. niprientejqina .eflm extrema; necef ^'
íitaLe(alíos cafas vide detemporepeñiSj
pro Paro^y Qbligatióne ad;dandn Bap-
tifmu pueí-sjj^ ^nRo dr.to a ,fu in.^

PíO slij sSaeram etis imS iiar,.j;.p.-to.4. dif. •

¶ 4. sec. 3.) Ergo multò magis licebit dare Baptismum extremè indigenti, etiam cū mortis periculo ipsius Baptizandi.

Cōfirmatur. 2. quia licet facere aliquid, 15
ex quo sequatur amissio vitæ, quando est causa justificans talē mortem: vt cū multis docet, & probat Nauarr. lib. 2. restitu. cap. 3. n. 73. & ipse, & Victoria ponūt exē plum. sup. n. 26. de relinquēte tabulam in naufragio, vt saluetur in ea Rex, vel pater. Confirmatur. 3. quia, vt benēdicit Nauar. sup. n. 26. sine dubio secundū omniū sentētiā, licet Sacerdoti exponere vitā certissimæ morti pro audiēda confessio- ne alicuius, quem aliter sciret in mortali moriturū. Nec potest dici puerū non cedere suo juri conseruādæ vitæ; cui cedūt adulti in casibus prædictis: quia licitum est in pueris, id facere, quod ipsi adulti facere possent, aut saltē facere tenerētur.

Ex dictis sequitur, nostrā sententiā esse 16
non tantūm tutiorem, & magis piam, sed etiā in rigore veriore: & ideo necessaria sequēdam, juxta probata. sup. dub. 1.

Decisio Casuum Art. Mortis.

Et baptizantē in tali casu necessario, nō esse irregularē, etiam si mala fide processerit, credens erroneè, sc malè facere; vt bene notant. Sot. supr. prope finem, & Gab. supr. Dub. 4. quia tunc in re non est homicida; sed tantum ex conscientia erronea. Irregularitas autē imponitur delicto in re; non autem in conscientia erronea.

Ad. 1. & 2. argumentum; in oppositū patet ex dictis, ibi nec esse culpam, nec fieri malum.

Ad confirmationē. Respōdeò, esse disparem rationem; quia directè occiditur innocens; quod nunquam est licitum. At in nostro casu occiditur tantum indirectè, & permissiuè; quod est licitum sāpē ex causa justa.

EX DUBIO. XIII.

1. *Licet parvulis, & adultis ministrare Baptismum*
2. *tempore Interdicti, vel Cessationis. n. 1. & 2.*

DUBIUM. XIII.

V. Bap-

V. BAPTISMVS SINE PRI-
uilegio licet possit ministrari tempo-
re Interdicti.

Respōdetur, posse sine dubio. Ita 1
omnes Doctores: & habetur.
cap. Nō est, despōs. &. cap. Res-
ponso, de sentētia ex cōmunicationis; in
quibus id dicitur expressē de Baptismo
parvolorum. Et de Baptismo adultorum
dicitur expressē. cap. Quoniā de sētētia
ex communicationis. lib. 6.

Idem etiam dicendum tempore Ces- 2
fationis à diuinis. Couarr cum commu-
ni. cap. Alm. 2. p. 2. n. 3. Enr. to. 2. lib. 13.
sum. c. 53. n. 4. Manual. Hispan. de Bapti-
mo. Can. 11.

EX DVBIO. XIII.

Extra necessitatē instruendus est baptizandus 1
per aliquos menses; in illa tamen, vt articulo
mortis, vt poterit breuiter. nu. 1.

Decisio Casuum Art. Mortis.

D V B I V M . X I I I .

V. P R A E M I T T E N D A S I T
instructio baptizandi ante Baptismū.

Respondetur, debere instrui, & probari per aliquot menses ante Baptismum. vt dicitur de conf. d.4.cap. Ante Baptismum. & sequentib. Si tamē vrgeat necessitas obsidionis, vel naufragij, vel similis periculi mortis: tūc exposita fide vtcunque, si petens Baptismum assentiāt; est baptizandus. Toled. lib. 2.sum.cap. 20.

E X D V B I O . X V .

- 1 *Baptismus valet datus à quocunque hæretico, modo præstet necessaria. n. 1.*
- 2 *In articulo mortis licet datur à quocunque, excepto defectu Parochi, & commodioris ministri. n. 2. C. 3.*
- 3 *Parochus proprius omnibus est præferendus, deinde Sacerdos, non Sacerdoti; Diaconus, inferiori Clerico; Clericus laico; vir fœmina, & Catholicus infideli. n. 3.*
Esset. M. etiam Sacerdotem ministrare sine licentia

si proprij Parochi; qui securè posset expectari;
aut sine eius licentia. Item & hæreticum præ
ferri in hoc, Catholico, ibi. Non est. P.M. præ
ferri fœminam viro, nec laicū Clerico non Sa
cerdoti. ibi. Obstetrix aliquādo praferenda est
Clerico, immò & Sacerdoti, ob decentiam ho
nestatis. ibi.

In necessitate parens debet baptizare propriū fi
lium: extra illā esset. P.M. vel baptizare, vel
suscipere in Baptismo, aut Confirmatione: &
est puniendus. n.4.

In dubio an sit, vel non articulus mortis, vel an
veniet, vel non opportunè idoneus minister,
baptizet quicunque, à quo petitur in necessita
te Baptismus. n.5. Parochus doceat omnes mo
dum baptizandi. ibi.

Clericus deponitur ob negligentiam baptizandi 6
in articulo mortis. n.6.

Alio baptizet proprioidiomate, ita tamē ut sem
per retineat verbum. Baptizo. n.7.

DVBIVM. XV.

QVIS SIT MINISTER BA
Baptismi in articulo mortis.

Dice.

tholicus, infideli. Ita omnes. Et quidem
 esset M. præferri proprio Sacerdoti præ-
 senti, vel qui commode haberi posset, al-
 terum etiam Sacerdotem, sine eius licen-
 tia, vel Superioris. Item si hæreticus præ-
 ferretur Catholico. Ita Suar. 3. p. 10. 3. q.
 71. art. 4. disp. 31. sec. 4. Non tamen esset
 M. si fœmina præferretur viro; etiam Cle-
 rico, etiā Diacono. Ita Toled. lib. 2. sum:
 cap. 20. Sot. in. 4. d. 4. q. 1. a. 2. col. penult.
 circa. 13. conc. Suar. proximè quia solus
 Sacerdos propriè baptizat ex officio; &
 ideo soli illi fieret injuria; & irreverentia
 Sacramento, quæ esset M. Immò aliquā
 dō Obstetrix præfertetur licetē viro; im-
 mō & Clerico nō Sacerdoti; vel ob nimia
 rem peritiam baptizandi; vel ob evitan-
 dām indecentiam; videlicet, quando in-
 fans esset baptizandus ante totalem sui
 nativitatem: quo vltimo casu etiam præ-
 ferenda esset ipsi Sacerdoti proprio; vt
 vñis, & decentia declarant. 4
 Dico. 3. in necessitate prædicta potest
 licetē, & debet ipse parens baptizare
 filium,

paer nondum integre eft natus: ergo ratione iui officij cenenur fuccurrere necef firati exrre-m^ . quie annexa eft fa^piflime suo officio. A ilccronon icaftrifte pr^cipe ■■■^rccur Parochis,-vcinftruant didas Obftc de modo baptizandi; ficut pr^ci-
4.; pfturin Synodo. Hiip. anni, i s \$ 6A ih.u tic.deoffic.Redorjsm.i7.6 ζ :Ub.3,cic. dc Bapcifmo.cap.7.

Confirmatur quia Medicus tenetur monere infirmum dc probabili mortis proxims periculo, vel demetise: quia vix porcric infirmus alia via in multis cafibus providere iuteconlcientix, niu ex di **f_{to}** Medicorum illi conftet periculum mortisiquod non folum eil obligatoriú ratione capit is. Gura infirmitas, de peent tenti, s,&m Extravag.Pij.V. fupr. gregi;
/* icdctiarn ranon® charitarisivtdocetSjl.
veA.Confeffor.i.q.i.cafu.i.Angel.CoI feiT.t.n.5op.A nt. 3-P-Cit.i4.cap.i9.§> i.cafm i Pam d.4.d.i7.q. i.arc. 5,-cafii.i'. Cab.ibidem.q.i.a.^ .dab.i.cafu.i.Viao- na m .Marg.Conf.fol 5 ;. fis.

Decissio Casuum Art. Mortis.

reddere debitum; secundum communem sententiam n. 8.

Baptizare, vel suscipere in Baptismo, vel in Confirmatione; etiam ex malitia, & extra necessitatem proprium filium ex uxore legitima habitum; nunquam impedit à petitione debiti. n. 9. & sequent.

- 10 Pœna in dubio juris non est asserenda. n. 10. Pœnae non excedunt proprium casum. ibi.
- 11 Absurdus intellectus vitandus est, etiam si opus sit recedere à proprietate verborum. n. 12.
- 12 In capite. Si vir de cognatione spirituali; non agitur de separatione Matrimonij; nisi tantum quoad usum. n. 17.
- 13 Episcopus potest dispensare cum legitimis conjugibus in petitione debiti. ex cognatione spirituali, que advenit Matrimonio legitime contracto. n. 18.
- 14 Quando sunt variae opiniones, humanior est sequenda. n. 19. Opinio singularis sustinens Matrimonium, est preferenda communius separati; etiam quo ad usum: nisi communis sic clare vera. ibi.
- 20 Communis sententia relinquendi aliquando potest: quando

Decisio Casuum Art. Mortis.

extrema necessitate; etiā in Baptismo pri
vato, contrahere impedimentum cognationis spiritualis, non solum impediens;
sed etiam dirimens Matrimonium futu
rum. Quod ctiam docent Coua.in.4. de
pon.2.p.6.c.6. §.4.n.4.D.Ant. & omnes
sup.citati.& colligitur ex.cap.Ad Limin.
30.q.1.fine. cum dicit. *Id circa sue uxoris*
sibi iam legitime, &c.

4 Hanc tamen sententiam meritò im
pugnant. Enrr.lib.2.sum.cap.18. n. 3. &
planè Nau.cap.22.n.40.in principio. Pro
batur esse falsam, ex dicto.cap.Ad Limi
na; vbi cum agatur de Baptismo priuato;
dicitur. *Baptizavit, eumq; ipse proprijs mani
bus retinendo suscepit.* Ecce duplex causa
contrafactæ cognationis spiritualis addu
citur; & baptizasse proprium filium; &
cum suscepisse. &. cap. De eo. 30.q. 1.de
alio laico baptizate propriū filiū. Baptis
mo privato, dicitur: *Qui filium suum bapti
zavit, & uxoreius, eum de fonte suscepit.* Ergo
susceptio etiā in Baptismo privato cau
sat impedimentum impediens, & diri
mens

Sncns Marrimonium fumrum*

;^{*} ■ Secunda íncencia admittic quidcm S
 ■ coñcrahi affinicacem fp iriaiaiem fi quis-
 Patrinus in Baptifmo privaco-.addit ta:
 ■ ^mcn fine peccaco poffc pr<^termitti Pa-?
 K--trinum m tali Baptifmo privaro. Et ideo
 ^ ^parétem íufcíp.ientcm^eriaim necefsi- .
 ■ ^TaceBapnrmidn periculo' mortis,cx defe
 {ku alterius proprium hliurU ex legitima
 l-/ vxoredncurrereprsdiculum impcdimen
 tum*,exigendi debitum a propria vxorc;
 lea Enrr.fup.Etprimum quódnonfic no
 ceífarius Patrinus in dido Baptifmo pri-
 vatOjtcnenr etiam.Sot.Suar.& Rodr.-lu-
 A.ptaproabantq-, fic,quia Patrinus pertinet
 ^ d folcmnitacem.

Sententia Enrr.quarum ad hoc quód é
 fufeipites in necefsitate contrahat im= ^
 pedirréntum exigendi.debitum á prod
 priavxorC3impugnat Suar.fup.coL4. vét
 fic.Sedhuic.Etquidem faifa eíf fentcn-
 m'Enrr.quia nemo in necefsitate erit P-a
 trinus proprij filijínifi bona fide;&:ex ig-
 norancia 5credens id requiri 3vei falcem

J) cdfm Cdfuum JrtlM drtis.

ctism Prolati iti fuis Synodis di&am II-
cenciam concedcre pro-mone-ncibiis in 'j-
defeftü prppnj cui libcc Sacerdoti j-qui^
cavere debet,ne' dum ÍGrupuli2-at,ánpof^
fitjvel non venire propriüs^Parochús, ir^-^ |
tcrim moriatur infimius fine comunio^-^
ne.Dé Viiiftlonednfra.eap.j. dub.vltim i^j
dido.5. ■■■

' & X CADITE . IIII.

J *Q^idftSAcrdmentum fcenitemié.n** x^
rU remota fujñypeccatú
'í mum-. Proxima y ero contritio^ y el attritio^
confejiis^t^ fítisfacl:Ío ,qH^proptereapartes ^,
5 integrantes P^nitentiae dicuntur,
■pofi BaptifmUm nondum legitime ahfolutay
nimAtéYiA'nécejfaria, \At mortalidahfolu*
tai& yenalia etiam non aholutafunt mate-
riitdntumfufpciensVoerdtetide-) etiam fimtl-
lies repetdntur.n* Quaeaütem fitforma,n,
4 debet necejarioferifemperyo-
ce.tbiyMalefdceret^qm tantum ; icirft,
9 te ahfotm^ ydleret tamen Sácrdménmm tbt
5 Pr^mit-ktÚY ahfolutio ab excóWuniéñe^ubfolutio-
siapccutisZnJj.. ■

In

In necessitate tamen urgente, uno verbo: te absoluo; posset utraque absolutio fieri. raro tamen id contingit. ibi.

Cautio etiam juratoria, omitti posset aliquando ob urgenterem necessitatem articuli mortis. num. 6.

Satisfactio quomodo premittenda absolutioni ab excommunicatione. etiam in articulo mortis. n. 7.

Cautio juratoria sufficit pro conscientia, quando re ipsa fieri non potest satisfactio. ibi.

Confessarius concedat moriēti Indulgentias Bul-
lae; nec tamen tenetur seruare tenorem verbo
rum ibi assignatum ad absoluendum. nu. 8.

Qua forma utetur. n. 9. in fine.

Minister Pœnitentiae est Sacerdos habens jurisdi-
ctionem ordinariam, vel delegatam, & præ-
terea pro secularibus pœnitentibus absolu-
dis requiritur approbatio Ordinarij. n. 10.

Confessio obligat in articulo mortis. n. 11. Medi-
ci deberent obseruare decretum. cap. Cum in-
firmitas, de Pœnitentijs, aut saltu tenentur,
etiam si excusarentur ab hoc decreto, monere
infirmos de periculo mortis; quantū hoc tunc
referat, explicatur ibi.

Decissio Casuum Art. Mortis.

12 Tenentur omnes confiteri peste nimis gravantis,
saltem si postea non erit confessarius commo-
dus; vel quando plures subito moriuntur. n. 12.

CAPVT. IIII. DE Pœnitentia.

Est autem Sacramentum Pœnitentie, Sacmentum remissionis peccatorum cōmissorum post Baptismū. Ita Sot. d. 14. in litera. Vel brevius, Est Sacmentum remittens peccata Sacerdotali absolutione. Vtraq; definitio colligitur ex Trid. sess. 14. de Pœnitent. cap. 2.

Materia remota hujus Sacramenti, sunt omnia, & sola peccata commissa post Baptismum. ex. Trid. sup. cap. 1 & can. 1. & 3. & communis Theologorum. Materia autem proxima sunt contritio (sub qua etiam includitur attritio, quæ sufficit cū Sacramento Pœnitentiaz ad gratiam) cōfessio, & satisfactio. Est cōunis omniū sententia; & definita in Concil. Florent.

de

de Pœnitentia; & Trid. sup. cap. 3. can. 4. quæ propterea partes integrantes Pœnitentiæ dicuntur, in Concilijs. cita. sup.

Peccata mortalia post Baptismum cōmissa, quæ non sunt legitimè absoluta, sunt materia necessaria hujus Sacramen-
ti, quæ tenetur pœnitens confiteri, ut ab illis absolvatur. Trid. sup. cap. 5. Peccata autem mortalia iam legitimè absoluta,
& venialia sive iam absoluta, sive non, sunt materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ; nō tamē necessaria, id est, potest quicunq; ea dicere in confessione, quam vis ad id non teneatur. Quòd autem pec-
cata venialia non sint materia necessa-
ria; dicit Trid. proximè. Communis au-
tem Theologorum, & certa sententia te-
net, tam mortalia iam legitimè absoluta;
quam etiam venialia, nullius posse repe-
ti in Confessione: & colligitur ex Extra-
vag. i. de privilegijs. §. Certum. Quando
autem talis repetitio, & quoties expediat
fieri, non est hujus loci.

Forma hujus Sacramenti sunt illa verba 4.

Decisio Casuum Art. Mort.

(nec enim vñquam sufficit absolutionē fieri in scripto) *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Si tamen dicantur tantum illa verba, absolvote, valeret utiq, Sacramentum, secundūm communem Theologorum, quæ colligitur ex Florentin. & Trid. sup. malè tamen faceret Sacerdos, qui reliqua non diceret, saltem; *Ab omnibus peccatis tuis.*

5 Præmitti debet communiter absolutionē ab excōmunicatione, etiam si crederetur pœnitentem non esse excōmunicatum, dicēdo: *Absoluo te in primis ab omni vinculo excommunicationis: deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis: separando utramq; absolutionem.* Posset tamen ita vrgere necēf sitas articuli mortis, vel absolvētis, vel Pœnitentis, vt sufficeret vñico verbo dicere; *Absoluo te:* intendendo absolvere & à cēsuris, & à peccatis. Ita tamē, vt priūs feratur intentio ad censuras, quā ad peccata. Ita Nava. cap. i. in princip. de Pœnitentia, dist. 6. n. 27. Covar. cap. Alma. i. p.

§. II. nū. 12. in fine. Gersf. 2. p. fol. 183. col.
1. ad. 3. Alcocer. summ. cap. II. casu. 2. fol.
38. & alij. Hic tamen casus rarissimè cō-
tinget.

Quæ autem præmittenda sint ad ab- 6
solutionem ab excōmunicatione, remit-
to videnda in Doctoribus; maximè de sa-
tisfactione partis. Vide Angl. 2. p. in. 4. q.
de excōmunica. art. 4. difficul. 9. conc. I.
Cord. de casibus. q. 18. Cova. proximè. §.
9. n. 8. Nau. cap. 27. n. 37. & Enrr. lib. 7. sū.
cap. 13. n. 2. B. de Medin. lib. 2. sum. cap.
12. Tantùm nota ita posse vrgere articu-
lum mortis, vt prætermittenda sit etiam.
cautio juratoria in excommunicato, an-
te quam absolvatur; & nihilominus sic
absolutus tenetur, si convaluerit, sc. præ-
sentare; vt notat Palatius. in. 4. dīct. 17.
disput. 7. column. 4. versiculo. Etenim.
hic tamen casus etiam rarissimè con-
tinget.

In illo tamen articulo, si satisfactio sta- 7
tim fieri possit re ipsa, fiat ante absolutio-
nem; quia tamen sapissimè timeri potest

Decissio Casuum Arti Mortis.

mors, si satisfactio præmissa expectetur, vel quando commode fieri tunc nō posset: contentus sit confessarius, quod infirmus juret, se quam primum possit, satisfaturam. Cautio enim juratoria (quando te ipia præmitti non potest satisfactio) sufficit pro foro conscientiæ. Ut docent Nava. cap. 27. n. 279. & Enrr. lib. 7. sum. cap. 13. n. 2. liter. Y. & cap. 28. n. 3. lite. A.

8 Aduertat confessarius, ut morienti, concedat indulgentias Bullæ Cruciatæ, vel alterius similis privilegij; quia nisi illas concedat, pœnitens eas non obtinebit; quia debent applicari medio confessario: Nec est necessarium servare tenorem absolutionis, quem Bulla assignat: quia illud factum fuit pro ignorantibus. Nava. cap. 26. n. 30. B. de Med. lib. 2. sum. cap. 12. Cord. lib. 5. q. 39. opinione. 3. dict. 2. pag. 480. Rodr. in Bulla. §. 9. n. 39. & 40.

9 Forma absolutionis potest fieri sic. *Dominus noster Jesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius mihi licet indigno concessa, absolvote in primis ab omni vinculo Excommunicationis,*

nionis, Suspensionis. & Interdicti, in quantum possum, & indiges (facto signo crucis motione manus dexteræ) Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Deinde congruit dicere. Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita beatæ Mariæ, & omnium sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratie, & præmium vite æternæ. Amen. Vel saltim incipiat, ab illis verbis: Quidquid boni, &c. Si autem concedat indulgentias, dicat sic. Autoritate, qua fungor, concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi possum concedere, Virtute Bullæ Crucis. (Vel si velit magis universaliter, dicat.) Virtute cujuscunq; gratiæ tuæ, vel meæ; in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Et reservet indulgentiā vero articulo mortis, quæ pro illo articulo conceditur.

Minister hujus Sacramenti est Sacerdos habens jurisdictionem ordinatam, vel delegatam. Florent. supr. & Trid. sciss. 14. de Pœnitentia. cap. 7. & can. 11. & sciss.

Decisio Casuum Art Mort.

23. de reform. cap. i 5. addit requiri præterea approbationem Ordinarij, ut seculares absolvantur valide in cōfessione.

Constat secundum omnes; confessio-
nē obligare in articulo, vel periculo pro-
babili mortis. Est omnium Doctorum, &
certum. Vnde commendandum esset ma-
ximopere Medicis, vt observent decretū
capitis. Cùm infirmitas, de Pœnitentijs,
quod innovavit Pius. V. in extravag. Su-
pra gregem, & jubet observari Synodus
Hispal. lib. 5. tit. de Pœnitentijs, cap. i. sci-
licet, vt ante omnia Medicim monent æ-
gros, vt confiteantur. Et saltem ipsi Me-
dicis tenentur (ctiam si excusarentur con-
suetudine à jure humano) monere ægros
de proximo periculo mortis, sive perfē,
sive per alium; vt sc ipsos per Sacramen-
ta disponant ad mortem; quando ea mo-
nitio profutura esset. Ne cōtingat, quod
sæpe accidit, vt infirmi ex hujus monitio-
nis defectu moriantur sine Sacramento,
& testamento; non tantum in præjudi-
tium suarum animarum; sed etiam in dā-
num

num tertij, maximè cùm infirmi alijs in
hac parte non credant; nisi Medicis. Nec
Medici debent timere periculum potius
corporis, quām animæ infirmorum: præ-
sertim cum experientia doceat, infirmos
nuntio mortis dato, non solum non exa-
nimari, sed etiam animari quām plurimū
ad diligentius quærendum, & salutem
animæ, & corporis.

Hinc deducit Pet. de Ledes. i. p. sum. 12
de Pœnitent. cap. 9. conc. 4. dub. i. tene-
ti confiteri omnes, qui sunt in civitate
aliqua affecta peste nimis grassansi, ita ut
multi subito moriantur: vel saltem quan-
do non erit postea confessarius, qui illos
taetos peste audiat in confessione. Et hæc
præmisisse sufficiat; nam non est animus
de hoc Sacramento tractare, nisi solum
de his, quæ ad mortis articulū expectat:
reliqua enim immensum tractatū requi-
runt.

EX DUBIO. I. 30

Confessarius debet semper pœnitentem mouere ad ve-
rā contritionem. n. I. Et quæ sit ibi. Proponat
motus

Decissio Casuum Art. Mortis.

1. In omni casu ad eum finem, & quæ sint illa. n. 2.
2. Quo ordine procedet. n. 3.
3. Peccato tenetur conari ad veram contritionem
in articulo mortis. Et confessarius ad eam illum
excitare. n. 4. Bona fides excusat à novo pe-
ccato in necessarijs necessitate finis; non tamen
ponit medium necessarium. ibi.
5. Extra articulum mortis non peccat recipiens ab-
solutionem cum attritione cognita. n. 5. Quæ
attritio sufficiat cum Sacramento Pœnitent-
iae. ibid.
6. Confessio facta bona fide cum attritione cognita,
etiam in articulo mortis non est repetenda;
est vero repetenda, quando nullus fuit dolor
in articulo mortis, vel extra illum. n. 6.

DUBIVM. I.

QVID TENEATUR CON-
fessarius præstare circa contritionem. Pœ-
nitentis; maximè in articulo mortis.

O Missis opinionibus. Dico. i. cō-
fessarius debet semper finita
confessione peccatorū, curare
quam

quam plurimum tanquā rem summi momenti, ut pœnitens habeat veram, & perfectam contritionem, de se sufficientem ad gratiam sine Sacramento in re, scilicet, quod nolle pro vllare, nec vlo modo offendisse Dum in aliquo doleatq; & pœniteat summopere de peccatis tunc dictis, & de alijs omnibus, in tota vita cōmissis; eo quod sint offēsa Dei; & quia ille diligit super omnia; & proponit firmiter pro nulla re deinceps Deū offendere.

Et ad hunc finem proponat motiva convenientia, quibus ostendantur Dei summa bonitas, & beneficia, quæ in nos contulit, & confert, specialiter beneficiū redēptionis, & fidei Christianæ; & quod nos ad Pœnitentiā expectaverit, cum iustissimè antea in infernū detrudere posset. De quibus vide Nava. cap. i. nū. 42. &c cap. io. n. 4. D. Anto. 3. p. tit. 14. cap. 18. §. 5. B. de Medina. lib. i. sum. cap. 10. fol. 292. D. Bernar. sermo. 15. in Canti. & D. Greg. lib. 8. Moral. cap. 16.

Et primo potest incipere à motivis
natu-

Decisio Casuum Arti. Mortis.

naturalibus; ut à damnis rei familiaris, infamiae, molestiae, & inquietudinis, quæ solent ex peccato procedere. Et è contra consolatione, gaudio, summa pace, & honore; quæ sequuntur virtutem, & beatam conscientiam. Ut semel avulsa volūtate à peccato, cui propter cōmoditatē temporalē in hērere solet firmiter miserim⁹ peccator; Dei adjutorio, propositisq; altioribus motivis supernaturalibus, tādē & altissimis amoris Dci, ad verā, & perfectam contritionem excitetur.

4. Dico. 2. in articulo mortis curare debet confessarius summopere excitare motiētem, nō tantū ad attritionem; sed etiam ad veram, & perfectam contritionēm suprà positam. Tenetur enim infirmus in illo articulo sub P.M. conari ad dictā veram cōtritionem. Ita Suar. 3. p. tom. 3. q. 65. art. 4. disput. 16. sec. 3. col. 8. versic. Sed objicies; & tom. 4. q. 90. sec. 4. nu. 19. & alij viri docti. Probatur, quia aliter expōnit se periculo damnationis æternæ; si in re esset vera sentētia, quæ docet requiri, etiam

etiam cum Sacramento Pœnitentie, & Baptismi, ad minus attritionem reputatam contitionem: nam in necessariis ad salutem, qualis est contritio, pro eo, qui mortaliter peccavit, non sufficit bona fides, sed quædo opinionem probabilem: hec enim excusat tantum à novo peccato, non tamquam ponit in re mediū necessarium ad salutem.

Dico. 3. extra articulū mortis non est. P.M. absolvere pœnitentē cum sola attritione, etiā cognita; scilicet, propter merū gehenæ, vel amissionis gloriae, vel gratiae. Hoc enim sonat in Trid. sess. 14. de Pœn. cap. 4. Turpitudō peccati; id est, macula, quæ est privatio gratiae. Probatur, quia ianuæ communis sententia nři temporis existimat certū, eā dispositionē sufficere cū Sacramētis Baptismi, & Pœnitentie, quæ perficetur ordinatur ad dandā vitā, & primā gratiā. Immo aliqui existimant certū. Videlicet Enr. lib. 4. sum. cap. 26. n. 5. & colligitur ex Tri. sup. dicēti, attritionē sufficere cū Sacramēto Pœnit. Et ita intelligunt cōmūniter Doctor. ergo Cōcilium vim infest, qui ipsū intelli-

Decisio Casuum Art. Mortis.

intelligit de attritione reputata contritione. Si quidem ad veritatem propositiōnis positæ absolute à Concilio, dicit esse necessariò addendum aliquid, scilicet, reputata contritione.

6 Ex quo patet, non esse repetendā confessionem, etiam in articulo mortis, factam cum dicta attritione, si intervenierit bona fides: esse tamen repetendam, si nulla attritio & nullus dolor formalis fuerit in qua cūq; cōfessione facta in dicto articulo vel extra illū; quia dolor est pars essentialis Sacramēti Pœnitētię, secundū Trid. sup. & Florent. de Sacramento Pœnitentię. quæ latius suis disputatur locis.

EX DVBIO. II.

- 1 Primū sententia negatiua Refertur. n. i. Eiusq; fundamenta ponuntur. n. 2. 3. 4. 5. 6.
- 6 Secunda sententia etiam negat, quando pœnitens non meminit Confessionis. n. 6.
- 7 Tertia sententia negat, quando signa contritionis, vel confessionis, fiunt in absentia confessiōis. n. 7.

Con-

Cap. IIII. de Pœnitent. Dub. II. 95

Conandum est pro viribus, ut Pœnitens explicet 8
voce, vel nütu peccatum in specie. n. 8.

Confessio peccatorum facta Sacerdoti est semper 9
necessaria ad absolutionem sacramentalem.
num. 9.

Dans signa Contritionis; potest recipere Eucha- 10
ristiam, & Extremam Vnctionem. n. 10.

Proponuntur tres præcipue difficultates. n. 11. 11

Dans signa contritionis, etiam sine mentione ex- 12
pressa confessionis; debet in articulo mortis ab-
solui sub conditione, quando non potest in spé- 13
cie explicare aliquod peccatum. n. 12. Proba-
tur. 1. innumeris Doctoribus. ibi. 2. ex D. Au-
gustino. n. 13. Item ex Concilijs. n. 14. & 15. 14
Per Pœnitentiam intelligitur absolutione sacra- 15
talis priuata. n. 15.

Verus intellectus. cap. Qui recedunt. 26. q. 6. 16
num. 16.

Erat olim absolutione priuata de peccatis secretis, &
ordinarijs, quæ appellatur in jure Pœnitentia.
Et publica pro publicis, & grauibus post imple-
tam Pœnitentiam positam: & tunc admittre-
batur ad Eucharistiam; & hec ultima dici-
tur reconciliatio. n. 17.

Decissio Casuum Art. Mortis.

Olim aliquando Pœnitentia publica imponebatur
etiam in confessione secreta. ibi.

Quare nunc appellatur reconciliatio, ea Confes-
sio, quæ sit proximè communioni. ibi. in fine.

18 In Concilijs, & Capº. juris hic citatis non agitur
de absolutione ab excommunicatione; idque
efficaciter probatur. num. 18. maximè ex D.
Leone Papa.

In jure nunquam Pœnitentia sumitur pro abso-
lutione ab excommunicatione. ibi. in fine.

19 Contendunt Cano, & Ledesm. in dictis testimo-
nijs agitantum de pœnitentibus solemniter. n.

20 19. Sed id efficaciter rejicitur. nu. 20. Manus
impositio in Pœnitentia erat solemnis Pœni-
tentia. ibi. Clericis non imponebatur solemnis
Pœnitentia. ibi.

21 In dictis capitibus agitur de casibus contingenti-
bus in articulo mortis circa Sacramēta. n. 21.

22 Dictis capitibus non tantum agitur de ijs, qui iam
petierant reconciliationē, sed etiā de ijs, qui de-
nū petabāt, cū antea non petiūsset. n. 22. & 23

23 Canones pœnitentiales, etiam ad secretam con-
fessionem pertinebant. ibi.

24 In signis contritionis reperitur confessio sacra-
mentalis

Cap. IIII. de Pœnitent. Dub. II. 96

metalis facta sacerdoti ad absolutionē. n. 24.

Quid sit contritio, & quid confessio. ibi.

Idem est facere signa contritionis, & petere ab
solutionem à sacerdote, qui occurrerit, & lu-
erit absoluere. n. 25.

Confessio peccati in genere, quando in specie fieri
non potest, sufficit in articulo mortis. n. 26.

Peccata oblita dicta in genere post sufficiens exa-
men, sunt materia Sacramēti Pœnitentiae. ibi.

Peccatum. M. in genere cognitum, est materia ne-
cessaria Sacramenti Pœnitentiae. n. 27. P. ve-
niale in genere dictum, est materia sufficiens
hujus Sacramenti. ibi.

Peccatum in genere, est objectum virtutis Pœni-
tentiae. n. 28. Ad eadem peccata omissa post
Baptismum, extenditur Sacramentū Pœnitentiae,
ad quæ extenditur Pœnitentia virtus. ibi.

Nostra Sententia saluat institutionem Sacramē-
ti Pœnitentiae respectu signorum contritionis
in articulo mortis latissime, & confonē Conci-
ciliis. Absolutio sacramentalis sub conditione
danda est etiam, quando quis refert sacerdoti
superuenienti infirmū existentēiam sine sen-
su, dedisse signa contritionis. n. 29.

Decissio Casuum Art. Mortis.

Idque probabiliter ex Doctoribus, & Concilijs.
num. 30.

31 In articulo mortis, si aliud non potest, confessio
potest fieri in absentia: quando absolutio datur
in praesentia. n. 31.

Absolutione nunquam potest fieri in absentia. ibi.

32 Praecipuaratio contra confessionem, & absolu-
tionem in absentia est, quia est damnata à San-
ctissimo Domino nostra Clemente Papa VIII.

& deinde est, non fuisset in Ihsu Ecclesie, que
tamen cessat in nostro casu; in quo est absolutio
in praesentia. ibi. Immò consonat Concilijs, &
Ihsui antiquo Ecclesie. n. 32. & 33.

34 Extranecessitatem articuli mortis non sufficiunt
ad absolutionem signa contritionis. n. 34. Vbi
probatur praedicta non esse contra Trid. sed illi
consonare. n. 34.

In praedicta absolutione, reperitur vera materia,
& forma Sacramenti Pœnitentiae. ibi.

Non est credendum, testē referētē confessario signa
contritionis infirmi, mentiri. n. 34. Confes-
so per interpretem licet, quando Pœnitentis
linguī ignorat confessarius. ibi.

Non

Non præsumitur moriens mutasse voluntatem pœnitendi. n. 35.

Matrimonium contractum per procuratorem est in usu Ecclesiae, & verum Sacramentum ibi. 35

In quo differat Pœnitentia à reliquis Sacramentis in ratione judicij. n. 36. Sacerdos debet in omnibus Sacramentis examinare dispositionem recipientis. ibi. 36

In praxi in casibus supra dictis danda est absolutio sub conditione, quid quid sit speculane. num. 27. 37

Hoc esse Tuius probatur. n. 38. Certiori periculo. 38
magis communiter occurrendum est. ibi. In opinione probabili, omissa probabiliore dese, dari debet in articulo mortis Sacramentum remissuum peccati, & necessarium necessitate finis. n. 39. Quia in dubijs tuius est eligendū in necessarijs necessitate finis, & in dubijs sequenda est opinio, quæ fauet animæ. ibi. 39

Necessitas, & periculum damni gravis faciunt opinionem practicè probabilem, vel probabiliorem, que alias vix esset talis. n. 40. Ecclesia summè commendat administrationem 40

Decisio Casuum Art. Mortis.

sacramentorum in articulo mortis. ibi.

- 41 Sacerdos absolutè absoluat eum, quem inuenit sine sensu, cuius tamen antea peccata audierat, dilata absolutione. n. 41.
- 42 Absolutio, etiam sub conditione, dari non debet extra articulum mortis, non confitenti peccatum in specie; licet sit mutus, qui confiteretur. num. 42.
- 43 Ad primū argumentū, prime Sententiae. R. n. 43. Et explicatur Trid. ses. 14. de Pœnitētia. cap. 5.
- 44 Etiam sanctissimus potest confiteri venialia, quæ habet, quo. R. 2. argumento. n. 44.
- 45 In articulo mortis extremo non differunt velle confiteri, & actu confiteri; idque explicatur. n. 45. quo. R. ad. 3. argum. Sicut nec incipere confessionem, & perficere. ibi.
- 46 Signa exteriora contritionis sunt confessio, & manifestatio peccati, & contritionis interioris. num. 46. quo. R. ad argumenta, secunde Sententiae.
- 47 Potius potest esse scrupulus in non absoluedo signa contritionis dantem, quam in absoluendo. n. vii. 47.

V. PECCATVM IN GENERE
tantum declaratum sit materia sufficiens
Sacramenti Pœnitentiae.

Verb. G. an possit absolvi, qui tun-
dit peccatum, vel dolet de peccato,
vel petit confessionem, vel quid si-
mile facit, ex quo probabiliter colligatur
eum sibi in se aliquod peccatum, saltuvenia-
le, cuius remedium per Pœnitentiā quærerit.

SECTIO. I. REFERVNTVR
Sententiae.

Prima Sététia negat, id sufficere, etiā in articulo mortis, nisi in spe-
ciali declaret aliquod peccatum, sal-
tuveniale. Ita B. de Medi. lib. 2. fū. cap. 8.
p. 286. & Ledef. 2. 4. q. 9. a. 5. dub. 2. fo. 74.
col. 4. Angl. 1. p. in. 4. q. de Confess. a. 2. dif-
ficul. 9. Pedra. in fū. cap. 7. in fin. Cano. re-
lect. de Pœn. 5. p. ver. Et in heredo. Ludo.
Lopez. 1. p. fū. cap. 18. cōditio. 10. fin. Abu
len. 10. 2. in Matth. 16. q. 79. col. penul. ad
3 Grafis. 1. p. decisionum. lib. 1. cap. 36.

Decisio Casuum Arti Mortis.

n. 25. Nau. cap. 26. n. 28. & cap. 27. n. 279.
& Sot. in. 4. d. 18. q. 2. art. 5. col. 5. versicu.
In aliud extreum; & hi duo yltimi di-
cunt, esse certum.

2 Probatur. 1. ex Triden. sess. 14. de Pœn-
nitentia. cap. 5. afferente, non sufficere
confiteri peccata in genere, sed necessa-
riò esse confitenda in specie, & figilla-
tim: ergo.

3 Secundo argumentur, quia deest ibi
materia proxima Sacramenti Pœniten-
tiæ, sicut, confessio peccatorū: illa enim
signa doloris non magis manifestat pec-
catum; quam si non fierent; cum etiam
sanctissimus vir possit talia signa doloris
ostendere.

4 Tertio argumētāt, quia non sufficit ad
absolutionem sacramentalem, velle quē
confiteri; nisi actu confiteatur, & se spon-
te subjiciat judicandum Sacerdoti: sed
illa signa generalia ad summū ostendunt
eum, qui illa dat, velle confiteri: ergo nō
potest sacramentaliter absolvi.

5 Confirmatur, quia non sufficit velle
con-

confiteri Sacerdoti ut sic; sed opus est,
ut confessio fiat Sacerdoti designato in
particulari, scilicet, Petro, vel Paulo; &
electo per ipsum pœnitentem; sed talis
pœnitēs ad summūm designat Sacerdo-
tem in genere; & nullum in particulari:
ergo non potest absolvī à Sacerdote par-
ticulari superveniente: maximè quando
signa contritionis sunt facta in absentia
Sacerdotis.

Secunda Sententia admittit primā, 6
quando tantū pœnitens dedit signa con-
tritionis, & non dixit, se velle confiteri;
nec petijt Sacerdotem. Ita Sua. 3. p. tom.
4. disp. 23. sec. 1 n. 13. & 14. & quidem Ju-
niiores. Probatur quia contritio non est
confessio: ergo ultra contritionem requi-
ritur confessio.

Tertia Sententia admittit primā, quā- 7
do pœnitens in absentia Sacerdotis de-
dit signa contritionis, vel petijt cōfessio-
nem: tamen non vidit confessarius illa
signa; etiam si ipsi supervenienti referan-
tur. Ita Pet. de Ledes. in sum. de Pœnitē-

Decissio Casuum Art. Mort.

tia.cap.2 i.cō.2.dub.3. Probatur quia cōfessio nūquā sufficit in absentia: vt patet ex vſu Ecclesiæ.

SECTIO II. PONVNTVR quædam fundamenta.

8 **P**ro solutione nota. 1. certum esse, conandum esse pro viribus, vt existens in articulo mortis explicet voce, vel nutu aliquod peccatum in specie. M. vel saltem. V. si non possit, vel nō habeat. M. vt dicens illi confessarius: si jurasti sine necessitate; veles mentitus, vel fuisti impatiēs, aut alicui detraxisti; annue capite, vel comprime manū meā. Etsi ita faciat; vt constet confiteri peccatum aliquod in specie, debet absolvi sine conditione.

9 Nota. 2. certū omnino esse, & de fide, requiri semper confessionem peccati factum Sacerdoti, vt possit quis absolvi sacramentaliter: quia cōfessio est pars essentialis Sacramēti Pœnitentiaz, vt patet ex Tri. sess. 14. de Pœn. can. 7. & maximè. 9.

Constat

Constat etiam ex supra dictis capitulo-
bus præcedentibus; eum, qui dedit signa
contritionis, posse recipere Eucharistiā;
& Extremam Vnctionem; modo expli-
cato. cap. 3. dub. vltim. dict 1. in fine.

Est ergo tota difficultas in tribus. Pri-
mò, an in signis contritionis sit vera con-
fessio peccati facta Sacerdoti. Secundo,
an ea confessio sufficiat in articulo mor-
tis; si alia in specie nō possit fieri. Tertio,
an requiratur, ut Sacerdos sit præsens tē-
pore, quo fiunt dicta signa; vel an suffi-
ciat, ea referri Sacerdoti, quando venit,
& est in præsentia morientis per aliquem
qui ea vidit, aut audivit, ut possit morien-
tē absolvere, licet quādo venit inveniat
eum amissus sensum; non tamen vitam.

SECTIO. III. RESPONDE-
tur ad secundam quæstionem, ex tri-
bus positis, & probatur ex Docto-
ribus, & Concilijs.

100 Decissio Casuum Art. Mortis.

Dico ergo. i. qui petijt confessio-
nem, vel dat signa contritionis,
criam si non meminerit expres-
ie confessionis, nec possit aliquod pecca-
tum in specie explicare; potest, & debet
absolvi, sub conditione tamen (scilicet, si
haec explicatio est sufficiens materia Sa-
cramentij Pœnitentiæ) in articulo mor-
ti, quando facta diligentia non potest in
specie explicare. Ita tenent expressè Al-
cocer in sum. cap. ii. fol. 37. Cord. lib. 5.
de Indulgen. q. 27. opinione. 3. proposit.
7. pag. 457. & q. 39. punto. 2. in dubio, opi-
nione. 3. pag. 477. Ioann. de Medin. tract.
2. de Cofel. q. 43. de absolutione ab obli-
tis, fol. 98. col. 4. in. i. solutione. & Esse in-
greim, in confessionali. cap. 3. q. 46. Epy-
thome Sacramentorum Capituli Con-
chesis. cap. 29. Rodr. in expositione Bul-
læ. §. 9. n. 41. & dicit, idem decerni in Ma-
nuali Burgensi, Item in sum. tom. i. cap.
59. n. 8. D. Anto. in sum. Defecerunt. 3. p.
cap. 17. Toled. lib. 3. sum. cap. 8. §. 2. & di-
cit ita tenere Sacerdoti le Romanum.

Valen-

Cap. IIII. de Pœnitent. Dub. III. 101

Valentia. 3. p. disp. 7. q. 1. punt. i. col. ii.
casu i. Sa. verb. Absolut. n. ii. Entr. lib. 4.
sum. cap. 9. fine: & ait ita habere praxim
sapientium: & lib. 6. cap. 10. n. 7. & 8. Pet.
de Ledes. i. p. sum. de Pœnitent. cap. 21.
conc. 2. dub. 3. dicit, hoc esse probabile,
& tutum, & magis pium. Taper. t. i. art.
3. §. Cōpleteatur; dicit, ita tenere Docto-
res Catholicos, & illis favere vsum Eccle-
siæ, & solvit argumenta contra hoc; licet
tandem maneat dubius. Item B. de Mc-
dina supra non omnino rejicit. Anglus su-
per refert tanquam opinionem, licet op-
positam sequatur. Cano supra, sicut non
ausus fuit approbare: ita nec reprobare.
Ledes. ut oppositum sequatur, subiicit se
correctioni Ecclesiæ, eo quod videret no
stram sententiam conformem esse. Con-
cilijs. Tenent etiam expressè in numeri
Doctores nostri temporis, quorū aliquos
refert hinc supra, scilicet Mancio, Peña,
Sotomayor, Layncz, Salmeron, Ambro-
sius de Salazar, D. D. Francis. Sarmiento
Episcopus Gienensis, Sanctius etiā Epis-
copus.

103 Decissio Casuum Art. Mort.

copus, & ut mihi retulit quidam Vir gra-
vis, & doctus. D.D. Christoforus de Ko-
jas, Episcopus. i. Cordubensis, de inde Ar-
chiepiscopus Hispal. ex Concilio super
hoc habito Cordubæ cum viris doctis,
quos convenire, & disputare de hoc fe-
cit; jussit nostram Sententiam in sua dicē-
cessi practicari: Item Episcopus Placenti-
nus in Synodo anni 1556 monet suos P'a-
rochos, ut nostram Sententiam sequan-
tur. Item Angelus Confess. 4. nu. 8. que-
rit. Quid si æger petat Presbyterum, & antea
quam adueniat, perdat loquelā, vel efficiatur fu-
riosus? Et respōdet. Quod ad nutrum infirmi,
vel testimonio eorum, qui ipsum audierunt pete-
re Pœnitentiam, vel Presbyterum; debet ei quid-
quid potest humanitatis impēdere, absoluendo,
vel reconciliando. Hæc ibi. Item D. Thom.
Opusculo. 65. §. de Extrema Vnctione, in
fine dicit. Si autem infirmus, qui petiit Vnctio-
nem, amissit notitiā, vel loquela, antea quam
Sacerdos veniret ad eum; vngat cum Sacerdos:
quia in talie casu debet etiam baptizari, & à pecca-
tis absolui. Id est, si non baptizatus pateret

in

Cap. IIII. de Pœnitent. Dub. II. 102

in simili casu Baptismum, vel si baptiza-
tus Pœnitentiā, debet baptizari, nō bap-
tizat⁹; & baptizat⁹ absolvi à peccatis, at-
q; adeo sacramētaliter. Loquitur enī D.
Tho. ibi de Sacramētis (hoc autē opuscu-
lū esse. D. Thæn. docet Tritemius de scri-
ptoribus Ecclesiasticis) Idem tenent Lā-
celot. lib. 2. de inst. Can. cap. de Pœnit. &
remiss. §. Siquis autē, & Vazquez. I. 2. q.
19. disp. 62. cap. 7. n. 40.

Probatur. 1. ex D. Aug. to. 6. li. 1. de Adul- 13
terinis cōjugijs. cap. vlt. in. fin. qui cū affir-
masset Baptismum in fine vitæ posse dari
Catecumenis ostēdentib⁹ dolorē; addit.
Quæ autē Baptismi eadē reconciliationis est cau-
sa, si fortè pœnitentē finiēdæ vita periculum pre-
occupauerit. Nec ipsis enim ex hac vita sine Ar-
gula sue pacis exire velle debet Mater Ecclesia.
Absolutionē autē vocari Recōciliationē;
patet ex cap. Presbyteri; & cap. Is, qui. 26
q. 6. & cap. Multiplex de Pœnitentia. d. i.

Probatur. 2. ex Concilio Arausi. I. can. 14
xi. & habetur, cap. Qui recedunt. 26. q. 6.
Subitè obmutescens baptizari, aut Pœnitentiam
accipere

Decisio Casuum Art. Mortis.

accipere potest; si voluntatis præteritæ testimoniu aliorum verbis habet; aut præsentis in suo nūtu. Item ex Concilio Cartag. 3. cap. 34. & ha betur. cap. Ægrotantes, de conse. dict. 4.

Ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cū voluntas eorum testimonium sui dixerit, bapti zentur; & similiter de pœnitentib[us] agendum est. Vide Glossam.

15. Item ex Concilio Cartag. 4. can. 36. & refertur. cap. Is, qui. 26. q. 6. Si infirmus Pœnitentiam petens obmutuerit, vel in phrenesim inciderit; dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat Pœnitentiam (id est, absolutionē sacramentalem) Et, si continuo creditur moritus, reconciliatur per manus impositionem, id est, præveniatur recōciliatio, quæ aliâs fieri debebat statuto tempore. Quod autem per Pœnitentiam absolutio sacramentalis intelligatur; docet planè Glo. verb. Pœnitentia; & cap. Qui recedunt citatū; ybi & Turrecrem, intelligentes de Pœnitentia privata, & de fructu Pœnitentiae; & expressè Belarm. to. 2. contr. 5. de Pœnitentia. lib. i. cap. i §. col. 3. proposition. 2.

Et

Et probatur ex fine dicti capituli, Qui i^e recedunt; quia dabatur Eucharistia accipientibus dictam Pœnitentiam; dicitur enim ibi: *Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiae accipiunt, non se credant absolutos sine manus impositione* (Id est, reconciliatio; suo tempore facienda secundum Canones) *Si superuixerint, id est, etiam si absolutionem sacramentalem acceperint;* intelligent adhuc esse solenniter reconciliados; si ab illa infirmitate incolumes evaserint; post impletam publicam Pœnitentiam, quæ sibi secundum Canones imponebatur. Quod autem hic sit sensus verus illorum verborum, patet ex glossa; Turrecrem Belarm. supr. qui ita docent; & ex alijs verbis ejusdem capituli; & ex cap. Qui recedunt. citato; & ex Concilio Arausican. i. can. 3. vbi dicitur. *Qui recedunt de corpore Pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicare* (id est, Eucharistiam dare, ut patet ex sequentibus) *quod morientis sufficit reconciliationi secundum diffinitionem Patrum,*

O

qui

Decisio Casuum Art. Mortis.

qui hujusmodi communionem congruenter viaticū nominauerunt. Quod si superuixerint stent, in ordine pœnitentium, vt ostēsis necessarijs Pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cū reconciliatoria manus impositione recipiant. Et maximiè. cap. Agnovimus. 26. q. 6. quod est Celestini Papæ, vbi evidenter loquitur de Pœnitentiæ Sacramento: cùm dicit, Pœnitentiam illis dandam esse, quia affirmat tali Pœnitentia morientem redimi, & liberari onere peccatorum. Item dicit. Salutem hominum adimit quisquis mortis tempore Pœnitentiam sibi denegat.

17 Et deniq; in fine dicit. Cui autem Pœnitentiam non negatur (Id est, absolutio sacramentalis privata) Nec reconciliatio sibi deganda est (Id est, absolutio, vt possit Euchæristiam proximè recipere) In consulto, ergo Episcopo, Pœnitentem Presbyter reconciliare non debet; nisi Ultima necessitas cogat; Et ideo dicto. cap. Is, qui, dicitur: *Etsi continuò creditur moriturus.* Quando agit de reconciliatione, non antem quando agit de Pœnitentia; quæ, vt ex dictis colligitur, nunquā nega-

negabatur volenti: licet differretur recō
 ciliatio, id est, publica absolutio ad reci-
 piendam cōmunionē, quo usq; omnibus
 satisficeret per impletionē Pœnitētiæ im-
 positę à Sacetdote in cōfessione publica,
 vel secreta. Olim enim aliquādo publica
 Pœnitētia imponebatur in confessione,
 etiā secreta; sive quia peccatū erat publi-
 cū, sive ex volūtate pœnitētis; etiā de oc-
 cultis, quæ dicta facerent ad edificationē
 populi, & non ad ejus scandalū. Ut patet
 ex Origi. Humil. 2. in Psal. 37. pag. penu.
 & Sozomeno. lib. 9. histori. cap. 35. Ni-
 ceph. lib. 12. histori. cap. 28. Item ex D.
 Tho. in 4. d. 14. q. 1. art. 5. quæstla. 1. ad. 2,
 Ea autē absolutio, quæ fiebat potest im-
 plationē Pœnitentiæ impositæ, ut admit-
 terentur pœnitentes ad cōmunionē, ap-
 pellabatur reconciliatio, ut patet ex D.
 Leon. epist. 91. ad Theod. & habetur. cap.
 Multiplex, de cōse. d. 1. Niceph. proximè
 D. Pasian. Paranesi ad Pœnitentiam. to.
 1. Biblioth. Sanctorum. column. 327. D.
 Cyprian. libr. 3. Epistolarum. 14. &c. 15.

Decisio Casuum Arti. Mortis.

& Euseb, lib. 6. histor. cap. 25. & ideo etiam nunc confessio brevis ad proximam communionem, reconciliatio appellatur.

18 Dices cum aliquibus. In his Concilijs, & testimonij agi tantum de absolutione ab excommunicatione; quia sibi tantum fit mentio de publicis pœnitentib⁹. Sed evidens est ex dictis, hanc solutionē esse falsam, quia etiam si ageretur tantum de publicis pœnitentibus, patet clare loqui de absolutione etiam sacramentali, quæ fiebat, ut aliquis reconciliatus admittetur ad Eucratistiam, & quæ libertaret onore peccatorum. Item patet ex D. Leon. proximè citato, qui clare loquitur de absolutione sacramentali, quam dicit reparare vitam æternam; sicut & Baptismum. Item quia etiam dicit de moriente antequam recipiat Pœnitentiam. *Quod manens in corpore non receperit; consequi carne exutus non poterit.* Quod tamen esse falso, si ageretur de absolutione ab excommunicatione; ab hac enim potest etiam mortu⁹ absoluī; ut habetur cap. A nobis.

e. de sérétia excōmunicationis; addit ip-
fe D. Leo. Ita ergo (quæ est conjunctio jun-
gens futura præcedentibus) necessitati au-
xiliandum est; ut nec actio illis Pœnitentiæ, nec
communionis gratia denegetur (id est Eucha-
ristia) Si eam, etiam amissō vocis officio per
inditia integri sensus querere comprehentur;
quod paulò ante poscebant, sub præsentis significa-
re non valeant; testimonia eis fidelium circun-
stantium prodesse debebunt. Simultamen, &
Pœnitentiæ. (Id est, absolutionis sacramen-
talis) Et reconciliationis (id est, vt admitta-
tur ad receptionem Eucharistiæ, per Epis-
copum quidem, si commode haberi pos-
sit, sin minus in talibus necessitatis, per
Sacerdotem; si talis æger aut esset pœni-
tens publicus saltem solenni Pœnitétia,
aut saltem indigeret Pœnitentia publi-
ca, vel saltem soléni. Vt patet ex cap. vlt.
26. q. 6.) Beneficium consequantur. Item quia
in dictis testimonijs agitur de Sacramen-
tis Baptismi, & Eucharistiæ: ergo cum fiat
etiam mentio de Pœnitentia danda per
Sacerdotem, intelligitur de sacraméntali.

Decissio Casuum Art. Mort.

Deniq; quia inauditum est in jure, Pœnitentiam sumi, pro absolutione ab excomunicatione. Deinde hoc magis patebit ex proximè dicendis.

19 Aliter Respō. Cano, & Ledesm. suprà: fatentur enim in dictis locis agi de absolutione sacramentali; dicunt tamen dari his tantum, qui iam in specie fuissent confessi peccata; quia dicunt agi de pœnitentibus solenniter, qui die Cinerum in Quadragesima in Ecclesia fatebātur publicè peccata. Ut habetur cap. In capite d. 50. hos ergo pœnitentes prædicta Concilia decernunt, & D. Leo Papa reconciliari tempore mortis; etiam antè feriam quintam majoris hæbdomadæ, quo tempore semper omnes reconciliabantur, vt hoc totum decrevit expressè Innocentius Primus epistola ad Decétium Episcopum Eugubinū. cap. 7. & habetur cap. De pœnitentib. de conse. d. 3.

20 Sed nec hæc solutio satisfacit. I. Quia fit mentio in dicto. cap. Qui recedunt, Clericorum. Clericis quoque desiderantibus

Pœn-

Pœnitentia non est neganda. Scilicet, Pœnitentia privata: ut notat ibidem Glo. verb. Pœnitentia; & ideo nō dixit reconciliatio, vel manus impositio, quæ est solēnis Pœnit. Pœnit. sed pœnia quæ est privata. Ut patet ex supradictis. Clerici enim nō faciebāt Pœnitentiam solennem. Ut habetur expressè. cap. Confirmandum, & sequentiibus. d. 50. Et cap. Presbyter. d. 82. Et manus impositionem non fieri Clericis decernit. D. Léo. cap. Alienum. d. 50. licet possēt detrudi in Monasterium ad faciēdam Pœnitentiam. Ut probat Belarm. to. 2. controver. 5. de Pœnitentia. libr. 1. cap. 21. col. penult. & colligitur ex dicto. cap. Alienum. vbi Gloss. in verb. Successio. His ergo clericis detrusis in Monasterium posse concedi Pœnitentiam, id est, privatam absolutionem, si eam petierint; decernitur in dicto. cap. Quarecedunt.

Secundò, quia ibidem dicitur obmutescētem subitò, qui signa volūtatis Baptismi dederat, posse baptizari; & similiter

Decisio Casuum Art. Mortis.

dicitur de Pœnitentia danda baptizato,
qui signa Pœnitentiæ dederat: sed ante
Baptismum non erat Pœnitentia solen-
nis, ut patet ex Belarm. proximè citato.
cap. 22. & est certissimum: ergo in dictis
locis non tantum agitur de pœnitenti-
bus solenniter; sed etiam de alijs; ut de
Baptismo. Iminò credo agi de casibus cō-
tingentibus in articulo mottis circa Sa-
cramenta.

22 Tertio, quia in fine ejusdem capituli di-
citur. *Amentibus etiam quæcunq; pietatis sunt,*
conferenda sunt. Ex quo Gloff. ibidem, &
D. Thom. 3. p. q. 80. art. 9. in sed contra,
& corpore, & Doctores cōmuniter, quos
retuli suprà. cap. 3. dub. 4. dict. 2. probant,
ijs, qui aliquando habuerunt usum ratio-
nis, dandam esse in articulo mortis Eu-
charistiam, & Extremam Vnctionem; nisi
obstet obex. Ut dub. proximè citat. expli-
catum est. Ergo non loquitur illud cap.
de Solis pœnitentibus solēniter; sed etiā
de alijs, qui licet non essent pœnitentes
solēniter, haberūt aliquādo usū rationis.

Quartò,

Quarto quia in dictis locis non tantum agitur de pœnitentibus solenniter, pœnitibus reconciliationem; sed etiam de alijs, qui, cum antea non petijssent Pœnitentiam, denuo petebant illam; sive privatam, si forte non indigebant publica; sive publicam suo tempore faciendam, si super viverent; recepta interim reconciliatione, & Eucharistia: ut patet cap. citat. Qui recedunt, in fine, quod est sumptum ex Cœcilio Araus. i. can. ii. vbi dicitur: Baptizari, aut Pœnitentiam accipere potest, scilicet, quia eam petijt, & cap. sequenti. Is, qui in infirmitate Pœnitentiam petijt, &c. Et infra; Si superuixerit, ad moneatur petitioni sue satisfactum, & subdatur statis Pœnitentiae legibus, quandiu Sacerdos, qui Pœnitentiam dederit, probauerit. Id est, Sacerdos imponat ei Pœnitentiam secundum Canones pœnitentiales, qui quidem etiam ad secretam Pœnitentiam, secreto faciendam partinebant. ut patet ex Silu. Confess. 4. q. 2. D. Ant. 3. p. tit. 17. cap. 6. in principio. Sum. Pisana, Pœnitentia. 2. n. 1. & D. Bona. to.

Decissio Casuum Arti. Mortis.

2. Opusculorum, in confessionali. cap. 3.
particula. i. & saltem confessarius ad in-
star Canonum pœnitentialium debebat
proposse imponere Pœnitentiam: ut ad-
mittit Nau. cap. Falsas de Pœnitentia. d.

; n. 17. ergo anteà non erat dicto infirmo
petenti Pœnitentiam, statutum Pœniten-
tiæ tempus, quod non contigisset, si talis
infirmus Pœnitentiam solēnem egisset:
iam enim statutum fuisset ei tempus Pœ-
nitentiæ: ut patet ex. cap. In capite. d. 50.
Item quia in fine dicti capituli. Is, qui ; fit
sermo de pœnitentibus, quasi de diversis
ab eis, de quibus illucusq; fuerat tracta-
tum ; ut patet clarè legenti: ergo priùs
non egerat de pœnitentiis. Deniq; quia
cap. Is, qui, quod est. D. Leonis Papæ ; &
cap. Agnovimus, quod est Celestini Pa-
pæ. 26. q. 6. & cap. Multiplex. de Pœni-
tentia. dict. i. quod est etiam. D. Leon. di-
citur, non esse negandam Pœnitentiam
sacramentalem morienti , quòd in illo
articulo eam petat. *Quia misericordie Dei*
neque mensuras possumus ponere, nec tempora dif-
finire,

finire, apud quem nullas patitur moras Venie
conuersio. Ergo non loquuntur de pœni-
tentibus iam solenniter, quia hi nō erant
in mora petendæ Pœnitentiæ: iam enim
opportunè eam petierant, feria, scilicet,
quarta Cinerum; quando admissi fuerat
ad Pœnitentiam solennem; nec poterat
reconciliari antè feriam quintam majo-
ris hæbdomadæ, nisi essent in periculo
mortis: ut dixi suprà ex Innocentio Pri-
mo: ergo loquuntur de quibuscunq; pœ-
nitentibus potentibus Pœnitentiam in
quocunq; tempore, extrà asignatum pro
solenniter pœnitentibus.

SECTIO. III. PROBATVR
ratione, & responderetur simul ad Pri-
mam difficultatem.

Restat probandum, in signis con-
tritionis reperiri confessionem
sacramétalem factam Sacerdo-
ti ad absolutionem; saltem ge-
nerálem confessionem, id cft, explicanté
in

on Decissio Casuum Arti. Mortis.

in generali peccatū; licet nullum in spe-
cie declaretur. Idq; constat. i. ex D. Aug.
tom. i. o. serm. 48. de tempore, in princi-
pio, super, Confiteor tibi pater, dicente.

Tunditur peccatus, ut arguatur quod latet in pe-
ccatore, & evidenti pulsu occultum castigetur pec-
catum. Vbi loquitur de confessione, red-
dit enim rationem, quare qui audiunt,
Confiteor, &c. Tundunt peccatus, scilicet,
ut manifestent peccatum; & sic illud ca-
stigent. At confessio est manifestatio pec-
cati ad ejus destructionem: ergo in illis
signis reperitur confessio. Secundò, sig-
na contritionis manifestant contritionē
de peccato; quia aliter non essent ejus si-
gna: ergo manifestant peccatum, ut de-
struatur. Contritio enim secundūm om-
nes Doctores, & Trid. sess. 14. de Pœni-
tentia. cap. 4. est animi dolor; ac detesta-
tio de peccato commisso: ergo est ibi co-
fessio. Tertiò, quia in illo articulo signa
illa fieri non solent, nisi ad manifestatio-
nem alicujus peccati, vel peccatorum,
quaꝝ pungunt conscientiam; & quorum

reme-

remedium querit media Pœnitentia. Vult enim existens in articulo mortis declarare signis illis cōtritibn̄is, quod non potest voce, qua libenter si posset cōfessionem peteret: nam videmus vel maximos peccatores, si vel unicum tantum verbū proferre possint, ardentissimè illo efflagitare confessionēm.

Ex quo patet secundum scilicet, illam 25
talem confessionem in dictis illis signis
contritionis inclusam, fieri Sacerdoti ad
absolutionem; atque adeo esse sacramen-
talem. Probatur, quia sic petens absolu-
tionem verbis expressis, vel signis con-
tritionis, non petit illam à dāico; sed ab
Ecclesia, & ejus ministris, qui habent poi-
testatem absolvendi, & tollendi peccata-
ta: atque adeo à Sacerdote; & ita idem est
petere confessionem, vel absolutionem
verbis, vel signis contritionis; ac dicere
aliquis Sacerdos me absolvat à peccatis,
quæ his verbis, vel signis contritionis ma-
nifesto in genere, meliori modo, quo pro-
nunc possum. Et ita se subjicit primo Sa-
cerdoti,

Decisio Casuum Art. Mortis.

cerdoti, qui ocurrerit, & voluerit illum absolvere. Et licet hoc non sufficiat extra articulum prædictæ necessitatis: quia ut debita Pœnitentia imponatur, & convenienter confessarius medeatur pœnitenti; opus est, ut pœnitens omnia peccata, quæ meminit post diligens examen referat confessario in particulari, id est, Petro, vel Ioanni: In articulo tamen necessitatis extremæ, quando aliter fieri non potest; sicut sat est in genere tantum confiteri, ut proximè patebit; ita & in genere eligere confessarium. Si qui dem contra hoc nihil est assertum à communi Theologorum, vel Sanctorum; nec in Sacra Scriptura, nec ab aliquo Concilio, vel Sum. Pontifice. Immò nostra Sententia est ita consona Doctoribus, Summis Pontificibus, & Concilijs allegatis sectione. 3. Quod, quantum ad hoc, videntur sentire, non tantum Doctores ci-tati pro nobis; sed etiam Cano, & Ledes. supra: non enim dicent, esse necessariū, ut Sacerdos absolvens pœnitentē solen-niter

niter in articulo mortis, ad effet, quando fuit imposta Pœnitentia solennis in principio Quadragesimæ. Imponebatur autem ista Pœnitentia solennis, quando pœnitens confitebatur sua peccata.

Reliquum ergo est probare confessio
nem peccati in genere, quando in specie
fieri non potest, iufficere in articulo mor
tis. Quod sic Probatur. i. peccata oblita
post sufficiens examen, sunt materia Sa
cramenti Pœnitentiaz: ergo peccata in
genere sunt materia Sacramenti Pœni
tentiaz. Antecedens probatur; quia esse
materiam, est informari forma absolu
tionis, seu tolli absolutione illa sacramen
tali; at peccata oblita modo praedicto
colluntur forma absolutionis; quia ut do
cet Trident. sess. 14. de Pœnitentia, cap.
5. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogi
tanti non occurrunt in Uniuersum (id est, in
genere) eadem confessione inclusa esse intelli
guntur. Probatur consequentia, quia ni
hil aliud est dici in genere, quam dici; &
non in specie, nec sigillatim; ut patet

Decisio Casuum Art. Mortis.

ex eodem Trid. ibidem in principio illius
capitis. Si ergo peccata in genere dicta
simul cum alijs peccatis, que in specie di-
cuntur, sunt materia; ergo & sola in gen-
re dicta possunt esse materia in casu ne-
cessitatis, quando aliud non potest. Sicut
quia quodlibet peccatum in specie di-
ctum est materia: ideo non tantum simul
cum alijs est materia, quando est oppor-
tunitas dicendi omnia peccata; sed etiam
solum unum, quando extrema necessi-
tas non permittit alia dicere.

27. *Probatum.* 1. quia certum est, teneri co-
mitem, qui sciret, se commisso aliquod pec-
catum mortale, & ignoraret omnino ge-
nus, & speciem ejus, facta sufficienti diligē-
tia. Quodcunq; enim mortale post Bap-
tismum commissum est materia necessaria
Sacramenti Pœnitentiae; quod est ne-
cessarium necessitate salutis, ut patet ex
D. Leo. cap. Multiplex citat. & Trid. sess.
citat. cap. i. & cā. i. Nec potest dici quod
confiteatur aliqua peccata in specie iam
legitimè confessa; quia nemo tenetur bis

con-

bis confiteri legitimè confessa. Extravag.
Intercunctas. §. Sed. de privilegijs.

Item, licet non teneatur, saltem poterit confiteri qui sciret, se habere peccatum veniale, & ignoraret etiam omnino genus, & speciem illius (saltem quando nullum aliud peccatum haberet, vel non cognosceret (ut posset contingere in recenter baptizato adulto) nam peccatum veniale, & mortale non differunt in hoc, quod utrumq, non possit esse materia Sacramenti Pœnitentiaz; ut patet ex Trident. proximè cap. 5. sed in hoc, quod peccatum mortale est materia necessaria: veniale autem sufficiens: ut in dicto Trid. ergo etiam unum solum peccatum veniale in genere tantum declaratum potest esse materia Sacramenti Pœnitentiaz.

Probatur. 3. quia peccatum in genere, est objectum virtutis Pœnitentiaz; ergo potest esse in necessitate materia Sacramenti Pœnitentiaz, quando non potest in specie declarari in articulo mortis;

Decissio Casuum Art. Mortis.

Suppono enim peccatum commissum fuisse post Baptismum; & Sacramentum Pœnitentiae extendi ad eadem peccata post Baptismum, ad quæ extenditur Pœnitentia virtus. Denique quia sic magnificatur Christi Domini misericordia, qđ instituerit Sacramentum Pœnitentiae, ita ut possit validè recipi à confitente tantùm in genere in articulo mortis, quando non potest in specie, quæ institutio sat is consona est Concilijs suprà citat. & capitibus, maximè capit. Multiplex. D. Leonis.

SECTIO V. RESPONDEtur ad tertiam difficultatem.

29

DIco. 2. talis absolutio sacramentalis, sub conditione debet dari à confessario, non tantùm quando ipse videt signa cōtritionis; sed etiam quando aliquis refert infirmum (qui iam caret sensu, est tamen adhuc vivus quando advenit ad eum dictus cōfessarius) dedisse signa contritionis, vel petiisse confessio-

Cap. III. de Penitent. Dab. II.

iiij

elisione. Ita expressè. D. Anno. Taper. &
Eseingtin, Ange. D. Tho. cit. sec. 3. & mul-
tiviri docti nři tēporis. Et quantū ad hoc
etiā Ledes. & Cano; siquidē intelligunt
Cōcilia deabsolutione sacramētali. Idē
Tole. lib. 3. sum. cap. 8. casu. 2. & dicit ita
tenere Sacerdotale Romanū. Valent. 3.
p. disp. 7. q. 11. pūcto. 1. tit. Quomodo cō
fessio debeat esse secreta, & Suar. 3. p. to
4. disp. 23. sec. 1. n. 12. & 15.

Probatur. 1. quia ita habetur in D. Leo. 30
& in Cōcilijs. cīta. sup. sc̄pt. 3. immō cer-
ti⁹ est, ibi decerni hoc nostrū dictū. 2. quā
i. Vnde miror. Pet. de Ledes. negasse hoc
2. dictū; cū credat, Cōcillia citata intelli-
gi de absolutione sacramentali.

Probatur. 2. quia si aliquid obſtaret, ma-
ximē confessionem predictam fieri in 31
absentia Sacerdotis; sed hoc nō obſtat, in
predicta extrema necessitate; quando a-
liud nō potest: ergo. Probatur minor. quia
ita tenēt, præter Doctores cīta. Suar. 3. p.
to. 4. disp. 21. sec. vlt. n. 9. Enr. lib. 5. sū ca.
2. n. 7. lit. V. & refert, pro hoc Sotom. Cā.

Decissio Casuum Art. Mortis.

Mancio, scilicet, posse in dicto articulo fieri predictam confessionem in absencia, quando aliud non potest, dummodo absolutio fiat in praesentia confessarij, & pœnitentis, (nunquam enim absolutio sacramentalis potest fieri in absentia) qui iam non valet confiteri, cujusque signa cōtritionis, quæ dedit, confessarius examinet ex circunstantium fidelium testimonio. Quæ confessio potest dici fieri in praesentia, sicut quæ fit in praesentia per interprætē. Itē Ioan. de Medina. Codice de Pœnitentia. tract. 2. de confessione. q. de modo secreto confitendi. dict. 4. fol. 64. dcit, id esse indubitatū, quo ad confessionē in absentia; licet esset apud eū, quo ad absolutionem in absentia, dubium. Item alij, qui etiam admittebant confessionem in absentia & absolutionem in eadem absentia. Quorum Sentētia damnata meritissimè fuit à Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa. VIII. ad minus; ut falsa; & temeraria, ac scandalosa, quia & contraysum Ecclesiæ

ex quo colligitur institutio Christi Domini; & quia vix potest intelligi, quomodo
 verificari posset forma absolutionis in ab-
 sentia, quæ debet esse vocalis, & Concilium
 Florent. & Trid. & communis Do-
 CTORUM designant pro dicta forma, illa ver-
 ba; *Ego te absoluo.* Quæ respectu absentis
 verificari non possunt; Quæ tamen ratio-
 nes non habent locum in nostro casu; si-
 cut nec verba decreti Sanctissimi Domini
 nostri Pontificis, quæ sunt hæc. *Sanctissimus*
Dominus noster, &c. Hanc propositionem,
 scilicet, lucere per literas, seu internuntium con-
 fessario absenti peccata sacramentaliter confiteri,
 & ab eodem absente absolucionem obtinere, ad mi-
 nus uti falsam, temerariam, & scandalosam dā-
 nauit, &c. Quia in hoc nostro casu cessat
 præcipua ratio, scilicet, quod non facit
 in usu Ecclesiæ: constat enim in nostro
 casu ab hinc multis annis sæpiissimè fui-
 se in usu, hoc nostrum dictum secundum,
 & etiam olim; ut patet ex Concilijs citat.
 sectio. 3. Et præterea, forma absolutionis
 verificatur in præsentia pœnitentis, &

Decisio Casuum Art. Mort.

confessarij, qui in præsentia dicti pœnitentis morientis examinat, & confessionem, & dispositionem in dicti morientis extestimonio fidelium circumstantium; sicque cum antè se ipsum jacetem absolvit, sub conditione tamen; ut diximus supr. iect. 3. dicto. i. n. 13. & 19. in fin. ex D. Leone. Vnde ferè omnes Doctores, afferentes hoc nostrum secundum dictum, negaverunt antea dictam propositionem, quam modò damnavit Sanctissimus Dominus noster Pontifex; ut patet in ipsis Doctoribus citatis suprà pro ipso dicto. nu. 31.

32 Probatur. 3. quia nihil est decretum contra prædictam confessionem in absentia Sacerdotis, facta absolutione in ejus, & pœnitentis præsentia, in prædicta extrema necessitate; nec in Doctoribus communiter, nec in Sanctis, nec in Concilijs, nec à Summis Pontificibus, nec in Sacra Scriptura. Immò consonat illis: ut patet ex sectio. 3. ergo tamquam pia, & favens animabus practicanda est,

ut diximus; sub conditione.

Nec contra hoc facit. Idem dici posse, etiam extra articulum mortis. Non enim hoc sequitur ex dictis: quia, sicut, licet necessarium sit, ut bene probat Trident. session. 14. de Pœnitentia. cap. 5. dici omnia peccata mortalia post Baptismum commissa; quia Sacerdos est iudex ad absolvendum, vel retinendum omnia dicta mortalia, & ad imponendum Pœnitentiam convenientem pro illis: Nihilominus omnes Doctores sentiunt esse certum, neque esse contraria Trident. valere confessionem, & absolutionem, quando in articulo mortis dicitur unum tantum peccatum, etiam veniale; si mortis acceleratio non permittat aliud, quod significat idem Concilium, cum dixit: *Scienter aliqua retingent, id est, cum sciant, & possint omnia confiteri. Hoc enim sonat in iure: Scienter.* Ita omnes Doctores ex eodem fundamento optimè colligunt, esse necessarium eligere aliquem Sacerdotem in speciali

Decissio Casuum Art. Mortis.

qui sit præsens tempore confessionis, & absolutionis; quia aliter non poterit bene examinare conscientiam pœnitentis, & ejus dispositionem, vt cum absolvat, vel liget, & convenientem imponat satisfactionem. Hoc tamen non tollit, quin cum aliquibus, & consonè Concilijs antiquis possimus pie, & satis probabiliter defendere in articulo mortis, si aliud nō potest, sufficere confessionem in absencia modo supra dicto, & absolutionem in præsentia sub conditione, quia ibi reperi tur vera materia, & forma. Ut patet ex supra dictis sectione. 4.

Non obstat. 2. Testem, testificantem confessatio de confessione pœnitentis morientis, posse fallere. 1. Quia rarissime hoc continget, vt benè notant Doctores: cum nihil habeat dictus testis utilitatis temporalis propter tale mendacium. 2. Quia etiam potest mentiri interpres, quando quis fatetur per interpretē, quod ignoret linguam confessarij. Et tamen sine dubio licet tunc confessio per inter-

pretem; secundum omnes Doctores. Deniq; quia etiam ipse pœnitens in præsen-
tia confitens potest mentiri, & de facto
aliqui mentiuntur.

Non obstat. 3. posse contingere, ut pœ- 35
nitens mutaverit voluntatem, quando
supervenit confessarius. 1. Quia est ferè
impossibile moraliter, ut quis existens in
articulo mortis, & desiderans confiteri,
mutet ita citò voluntatem. Immò sapientius
hoc continget, quando in salute quis in
præsentia fatetur, licet id sit rarissimum.
2. Quia circunstantes, qui affuerunt, pos-
sunt testificari, an viderint signa mutatio-
nis voluntatis illius. 3. Quia idem incon-
veniens potest sapientius contingere in Ma-
trimonio contracto per procuratorem;
quod est in usu Ecclesiæ, & verum Sacra-
mentum.

Item est certum, signa contritionis etiā 36
cognita ex testimonio alterius sufficere,
ut Sacerdos possit sic morienti dare Eu-
charistiam, & Extremam Vnctionem, &
Baptismum; secundum omnes Doctores,

Decissio Casuum Art. Mortis.

& Concilia citat. sect. 3. & cap. Maiores,
de Baptismo: ergo & sufficient eadē sig-
na contritionis declarata confessario ex
testimonio alterius, pro Sacramento Pœ-
nitentiae. Probatur consequentia; quia
in hoc differt Sacramentum Pœnitentiae
ab alijs Sacrementis in ratione judi-
cij. Quod in Pœnitentia Sacerdos habet
judicium de duplice re; scilicet, de mate-
rii cognoscendo, scilicet, peccata; vt pro
illorum gravitate pœnitenti infligit Pœ-
nitentiam; atq; adeo pœnitens subjiciat-
tur Sacerdoti, vt reus. 2. Iudicat confes-
sarius de dispositione pœnitentis; an sit
verè dispositus ad gratiam. Et hoc judi-
cium. 2. convenit etiam Sacerdoti respe-
ctu aliorum Sacramentorum. Debet enim
examinare, quinam sint digni, vt filii mi-
nistret alia Sacra menta; vel indigni, ut il-
los ab eorum receptione repellat. Et idcò
aliqui sancti illa verba. Ioa. 20. Quorum re-
miseritis peccata remittuntur eis, &c. (que pro
prissimè verificātur de Sacramento Pœ-
nitentiae, secundūm Trident. sess. 14. de

Pœni-

Pœnitentia cap. i. canon. 3. & communi-
nem Sanctorum, & Theologorum, quia est
essentialiter judicium) intelligunt etiam
de Baptismo: ut D. Hieron. tom. 3. epist.
ad Hedibiam. q. 9. D. Augu. t. 7. lib. 3. cō-
tra Donat. cap. 18. & D. Cyrilus. lib. 12. ad
Ioan. cap. 56. D. Cypri. tom. 1. lib. 1. epist.
6. ad Magnum, prop̄ finem. Et partim Be-
larm. tom. 2. contro. 5. de Pœnitentia. lib.
1. cap. 10. Et Enr. lib. 5. sum. cap. 1. n. 5. Sed
cum discrimine; quia, sicut in alijs Sacra-
mentis debitus dolor de peccatis est tan-
tum dispositio ad effectum gratiae, &
non est essentialis pars illorum Sacramen-
torum: ita judicium de tali dolore non per-
tinet in illis ad essentialiam. At in Pœnitentia,
sicut contritio, vel attritio est, non tantum
dispositio ad effectum gratiae, sed etiam est
pars essentialis ipsius Sacramenti Pœnitentie.
ita judicium de cali parte pertinet ad
substantiam, & essentiam ipsius Sacramenti Pœ-
nitentie. Hoc autem judicium de dispositione
ita in alijs Sacramentis, quam etiam in Pœnitentia
exacte faciendum est; si non surgeat
accus.

Decisio Casuum Arti Mortis.

necessitas; sicut & cognitio omnium peccatorum in confessione exactè est facienda, nisi urgeat necessitas; in extrema autem necessitate articuli mortis, quando urges vera, & extrema necessitas, sufficiet fieri modo suprà dicto de cognitione peccati in genere, & de illius dispositione: quando aliud fieri non potest.

SECTIO. VI. PROBATVR, nostram Sententiam esse tutiorem.

DIco. 3. tutius est in casibus Dicti primi, & secundi, absolvere, quā non absolvere sacramentaliter sub cōditione. Vnde in praxi semper est servanda nostra Sententia, quidquid sit speculativè.

Probatur. i. quia periculum irreverentiae Sacramenti cessat conditione apposita, & autoritate Doctorum nostram Sententiam defendentium; si autem nō absolvatur remanet periculum damnationis externe morientis si forte solam attentionem habet, ut frequenter præsumitur;

tur; cùm non ita facilè (maximè in subi-
tis) vera contritio habeatur ob Deiam
rem supra omnia: ergo cum hoc pericu-
lum sit certius; illi occurrere est tutius,
certiori enim periculo occurrendum est

Confirmatur ex Concilio Carthag. 5.
can. 6. & habetur cap. Placuit, de conse-
d. 4. afferente, esse pueros rebaptizádos
(scilicet, cum conditione) *Nisi ipsi aut cer-*
tissimi testes, esse eos baptizatos sine dubitatione
testentur. Et redditur ratio. Ne ista trepidatio
faciat eos Sacramentorum purgationem priuari. Itē
cap. Si nulla, èdem. d. redditur alia ra-
tio. *Quia non interuenit temeritas presumpcio-*
nis; ubi est diligentia pietatis. Sicut ergo ibide
cernitur esse tutiorem repetitionē Baptis-
mi in dubio prioris, ob favorem anima-
rum, cum aliquali periculo iterandi Bap-
tismū: ita etiā hīc est tutius absolvere ob
favorē animæ moriētis; nō obstante ali-
quali periculo irreverētiæ Sacramēti Pœ
nitētiæ scilicet absolutionis sub cōditio-
ne. Quod tamē cessat invtroq; Sacramē-
to appositione conditionis.

Décisso Casuum Arti. Mortis.

39^a Probatur. 2. quando est aliqua opinio aliquo modo probabilis, licet opposita sit multò verior, dum tamen non sit certa; àn possit, vel non, dari aliquid Sacra mentum remissium de se peccati, & necessarium necessitate finis, tutior est in praxi collatio Sacramenti in articulo mortis, ex opinione probabili, quām nō dare illud, juxta probabilitatem opinionem de se; sed ita contingit in præsenti. Ergo tutius est absolvere, quām non absolvere. Probatur maior. i. ex Iassone. leg. i. cap. de Sum. Trinitat. n. 56. afferente, in dubijs esse secundam opinionem, quæ favet animæ. Secundò quia, secundū omnes Doctores, in necessarijs necessitate salutis, & finis, tutior pars est sequēda; scilicet, qua reditur tutior salus: nam ibi est certius periculum: sed Sacramen tum Pœnitentiaz, sicut & Baptismi, est necessarium necessitate finis, saltem in voto; & potest esse morienti etiam in re ne cessarium; supposito quod de facto habeat solam attritionem, quæ non sufficit

sine

sine Sacramento : ergo tutior est pars, quæ dictat esse tunc dandum Sacramen-
tū Pœnit. 3. Quia licet omnes Doctores dubitent, an valeat Baptismus factus in solo pede, vel manu; & defendant tanquam multò verius, non valere, saltem quando non est puer omnino natus; & multi Doctores, etiam si sit omnino na-
tus: Nihilominus omnes defendunt, cœ-
se sub conditione expressa in voce in ar-
ticulo mortis dandum in solo pede, vel
manu; si aliud non possit, etiam si puer
non sit omnino natus, quando expecta-
ri nequit integra nativitas; dummodo
repetatur postea in capite sub condi-
tione; si sit locus. Item idem sentiunt,
quoties est dubium de materia, id est,
an , sit vera aqua ; ut visum est suprà
capite. i. ergo idem habet locum in Sacramento Pœnitentiaz : quod est e-
tiam necessarium , & potest aliquan-
do dati sub conditione; maximè in ar-
ticulo mortis , ut patebit infrà . du-
dio. 3.

Con-

Decissio Casuum Arti Mortis.

40 Confirmatur, quia necessitas, & periculum alicuius gravis damni, maximè damnationis æternæ, faciunt aliquando aliquam Sententiam practicè probabilem, quæ aliâs vix esset probabilis: ut doceni Sot. Relectione de tegendo secreto, mēbro. 3. q. 2. conc. 3. Nau. cap. Inter verba corollar. 53. nu. 135. fine; & patet ex usu Ecclesiæ dantis Sacramenta in articulo mortis, minore examine, quam daret, si talis necessitas non ita vigeret. Ut quando datur Extrema Vnctio ei, qui confosus fuit vulnere ab aliquo, cum quo proximè contenderat. Et ideo articulo mortis maximè favet Ecclesia; & commendat diligentissimam Sacramētorum administrationem, ne Sacerdos sit reus animalium. ut cap. Si Presbyter, & cap. Agno viii. 26. q. 6. & cap. Presbyter. de confess. d. 2. & cap. Majores, de Baptismo, & cap. Quod in te. de pœnitentijs, & libr. 6. cap. Alma mater. de sententia excommunicationis.

SECTIO.

SECTIO. VII. IN FERVN-

tur quedam corollaria.

EX dictis sequitur. i. Teneri confessarium absolvere eum, quem anteā audierat in confessione, & non absolverat, si postea superveniens inveniat amissus sensum; dummodo nō constet cum voluntatem pœnitendi mutasse. Ita sentiunt, nō tantum Doctores, citati, pro nostra Sententia; sed etiā Canio, & Ledes. & nemini inveni negari. Et planum est, saltē hunc casum esse, de quo tractant testimonia citata supra sectio. 3. Probatur, quia ibi reperitur vera confessio peccati in specie facta Sacerdoti speciali; & dispositio sufficiens præsumitur durare. Ut patet ex sectio. 5. Quantū autem oporteat fugere hujusmodi pericula, dicitur dub. 6. dict. 2.

Sequitur. 2. & vltimō, nō mihi probari Sententiam aliquorum extenderint nob̄ stram doctrinam ad mutos, qui extra illū articulū mortis non possunt explicare

Q. aliquod

Decisio Casuum Art. Mortis.

aliquid peccatum in specie: nam solum
eam defendo pro articulo mortis, ratio-
ne summæ necessitatis; in quo tantum
eam asseri invenio à Doctoribus, & Con-
cilijs. Maximè cum vix possit conting-
ere, ut mutus non intelligatur etiā de pec-
cate in specie, si non ab uno ministro; vel
interprete, saltem ab altero; & sic nutib⁹
potest sua peccata in specie confiteri, vel
Sacerdoti, qui illius nutus intelligat, vel
medio interprete. Potest etiā dictus mu-
tus juvari alijs Sacramentis, si nō habeat
obīcem. In articulo autem mortis cadē
ratio est de mutis, si dederunt signa con-
tritionis; vel suis nutibus illa significanti-
bus, tundendo pectus, vel quid simile; ac
de alijs.

SECTIO. VIII. ET ULTIMA. Respondetur argumentis.

Ad argumenta. I. Sententiæ Ref-
pōdetur. Ad. I. dicitur, Cōciliū
ibi loqui extrā casum extreme
necessitatis, in qua, sicut sufficit ynu-tatū
in

in specie dicere, etiam si moriens habeat
innumera, si non possit plura explicare;
secundum omnes Doctores, ante, & post
dictum Concilium, & est omnino certū.
Ita & sufficit tunc peccata in genere de-
clarare; si nullo modo possunt in specie. Et
sicut primū dicere non est contrā Con-
cilium, afferens omnia peccata morta-
lia, & circumstantias mutantes speciem
esse dicendas: quia loquitur extrā prædi-
ctam necessitatē: Ita nec est cōtra idē
Concilium, afferre secundū; quia nō
loquitur de nostro casu; eadem enim est
clausula, eadem sententia, & ob eundem
spēm asserta; atq; adicō eodem modō in
utroq; casu intelligenda est, extrā casum
prædictum, extrema necessitatis; in qua,
vel non possunt omnia mortalia dici;
sed tantū aliqua, aut unum; vel non po-
test ullum in specie declarari, sed tantū
in genere.

Adde Trident. in dicto capl. §. damnatio
re erroris H̄ereticorum, maximè nostri
temporis; ut patet ex erroribus, quos refutat

Decisio Casuum Art. Mortis.

Belařm. tom. 2. controver. 5. de Pœnitentia. lib. 3. cap. 1. II. & 13. at inter illos, non est ut sufficiat confessio peccati in genere in articulo mortis; quando non potest dici in specie. Sed error fuit Calvini admittentis quidem confessionem generalem; negantis autem specialem, vñquam esse necessariam. Item Petri Oxomiensis negantis jure Divino, exigi confessionem peccatorum in specie: vt patebit in Belařm. cap. 1. Item alij Hæretici dicebant sufficere, se in genere peccatorem agnoscere, vel vnum aliquod peccatum magis grave explicare, omissis alijs; vt refert Belařm. ibidem. cap. 11. col. 3. verſicu. Tertiū genus.

44 Ad secundū negatur antecedens; nec refert etiam, Sanctissimum posse facere illa signa contritionis; quia etiam Sanctissimus habet peccatum veniale; quod est sufficiens materia confessionis. In illa præsertim hora raro sit illa doloris significatio, nisi ad manifestandum aliquod peccatum, quod pungat conscientiā, & cuius

cujuſ remedium querat per abſolutionē: vt patet ex ſectio. 4. Nec obſtat, quod poſſet rariſſimē contingere, vt illa ſigna nō fiant animo pœnitendi, & querendi abſolutionem: ideò enim adhibetur condi-
tio in illa abſolutione; nec caſus ratissi-
muſ tollit, quin cōmuniter ſit valde pro-
babile medijs illis ſignis maniſtari à
moriēte peccata ad finē querendi abſo-
lutionem. Cur autem in articulo mortis
non ſufficiet, ea probabilitas magna de-
dolore ſigillentium pectora in ordine
ad maniſtationem fuorum peccatorū;
cū in ſalute procedamus ſcēpē in con-
fessionibū cum probabilitate circa do-
lorem pœnitentium, & corum proposi-
tum? &c.

Ad tertiu Respondetur, extrā articulū 45
mortis diſtingui poſſe confiteri, & velle
confiteri; ſecuſ in extrema neceſſitate;
in qua voluntas confitendi (quando non
poſteſt pœnitens melius confiteri) eſt ve-
ra confeſſio: vt patet ex ſect. 4. Quia ex-
trā articulum mortis poſteſt diſtingui vo-
luntas

Decissio Casuum Arti. Mortis.

voluntas efficax ab executione dilata. At in articulo mortis, cum executio non possit differri, voluntas efficax eo ipso statim in executione ponitur; quia medijs illis signis potest fieri vera confessio. Ut sectione. 4. probatū est. Item extrā dictam necessitatem, sanum velle confiteri illis signis; nihil aliud est, quam dicere, non sum contentus hac confessione generali peccati, quam facio medijs signis significativis desiderij, & voluntatis absolutionis; sed intendo in specie, & sigillatim omnia peccata confiteri, antea quā recipiam absolutionem. At in dicta necessitate, morientem sic manifestare sua peccata signis contritionis, est actu confiteri meliori modo, quo potest: ut media illa cōfessione peccati querat absolutionē. Intēdit enim extremē laborās habere media illa manifestatione omne remē diū sibi possibile Sacramentorū, & præsertim Pœnitentiæ; Quod sufficit in tali necessitate; quia cōtrā hoc nihil habetur in Doctoribus cōmunicer, nec in Sanctis,

nec

nec in Concilijs, Sum. Pontificibus, nec in Sacra Script. Sicut qui dicit vnū, aut alterū peccatum animo dicendi omnia, quæ tamen acceleratione periculi mortis, vel mentis alienatione, non potest confiteri; debet absolvī; quia talis confessio pro tunc sufficit; quæ tamen nō sufficeret extrā illā necessitatē; extrā quam non esset integrā. Et ita, licet extrā articulū mortis, distinguātur incipere confessionē; & perficere eā; in illo tamen articulo ex necessitate, potest contingere, ut idē sit incipere, & perficere. Ita & qui vult in specie confiteri, & ea ratione in genere confitetur, debet sub cōditione absolvī in dicta necessitate, quia tunc est vera confessio, quæ tamen extrā illam necessitatem non sufficeret; quia, ut diximus, extrā illā, omnia peccata in specie erant Sacerdoti confienda, prius quam, absolverentur.

Ad Confirmationē patet ex sectione. 46

4. &c. 5. Ad argumentum. 2. Sententiæ Respondetur: Contritionem interiorē nō esse Confessionem: signa autem

Decissio Casuum Arti Mortis.

exteriora contritionis, esse confessionē peccati in genere; confessio enim nō manifestatur, ied manifestat peccata, & corūm dolorem. Omnes namq; Doctores dicunt per confessionem exteriorē, qua quis se accusat de suis peccatis, ut ab illis absolvatur, manifestari interiorem eorūdem contritionem.

Ad argumenta tertiae Sententiæ patet ex sectione. 5.

47 Ex dictis constat, potius haberi posse scrupulum, si quis non sequatur nostram Sententiam; quam si sequatur illam.

EX DUBIO. III.

- 1 Triatempora usus rationis in hominibus distinguuntur remissione. n. 1. Quae signa sunt cognoscendi usum rationis. ibi. ix. 10. iv. simp. 10. 2. Probabile est, posse pueros peccare prius venialiter, quam immortaliter. n. 2. Ad dispensationē vnde equanimur in deliberatio in adulto, & aliquē ineffe puerum. ibi. R. I. 10. 10. 3. Nunc acceleratur usus rationis citius, quam olim; maximè in pueris bene educatis. n. 3.

Puer.

Puer de quo cōstat non habere vsum rationis. non est absoluendus. n. 1. Ante septēnū compleū non præsumitur v̄sus rationis, nisi constet: & ita aniē tale tempus non est absoluendus quis communiter. ibi. Post septēnū compleū præsumitur v̄sus rationis, nisi constet de opposito; & ita est tunc absoluendus, saltē sub conditione, maximē in articulo mortis; nisi constet non habere vsum rationis. ibi.

Sponsalia contrahi possunt post septēnū. ibi. Ante septēnū potest aliquando accidere v̄sus rationis. n. 5. Quidam 5. annorum damnatus fuit. ibi.

Puer absoluendus est in quacunq; etate, etiam ante septēnū in qua constiterit, eum habere vsum rationis. n. 6. Parentes tenentur curare, ut in articulo mortis, pueri etiam. 5. annorum examinentur à viro docto; an sint apti ad confessionem. ibi. Pueri, maximē Hispani, habent sēpē vsum rationis. ante septēnū. ibi.

Si sit magis probabile, puerum habere vsum ratio nis; absoluendus est absolute, etiam si venialia tantum fateatur. n. 7.

Decissio Casuum Art. Mortis.

8 In dubio usus rationis absoluendus est necessaria-
riò sub conditione puer in articulo mortis con-
fitemens etiam tantum veniale: n. 8. Immò po-
test etiam extrà articulum mortis absolui sub
conditione. n. 9.

Secundùm multos, adultus confitens tantum ve-
niali dubia, absoluendus est sub conditione;
sed melius est, ut dicat aliquid peccatum cer-
tum Vitæ preteritæ, etiam aliás absolutum; ve
sine conditione absoluatur. n. 9.

10 Puer tenetur confiteri quando est capax Sacra-
ti Pœnitentie, & habet aliquid mortale, sal-
tem dubium. n. 10. Communiter tamen excu-
satur, nisi moneatur à parentibus, vel tutori-
bus. ibid.

11 Puero non comprehendantur censuris contrà non
confitentes, nisi sint. 11. & 12. annorū. n. 11.

12 Pueri, licet non sint apti absolutioni, audiri possunt
in confessione; non ut absoluantur, sed ut in-
struantur. n. 12.

13 Quæ dicta sunt de usu rationis puerorum in du-
bio; habent etiam verum in adultis, de
quorum usu rationis, & iudicio dubitatur.
num. 13.

Aliqui

Aliqui habent judicium absolute, licet, quoad ali
qua illo careant, ex causa speciali, & quomo-
do tales absoluendi sint. n. 14.

& DVBIVM. III.

QVANDOPVERISVNT
capaces Sacramenti Pœnitentie.

SOppono tria tempora usus ratio-
nis distingui in hominibus; de qui-
bus Sot. 4. d. 27. q. 2. a. 2. col. 2. & d.
35. a. 5. col. 3. & lib. 7. de justitia. q. 3. a. 2.
conc. 4. Item esse signa, quibus cognosci
possit, puerū vti ratione: de quib⁹ Ord.
lib. de casibus. q. 60. dict. 4 fol. 162. & Na-
varr. cap. 21. nu. 33. B. de Medi. lib. 1. surr.
cap. 14. §. 41. fol. 202. & Sot. d. 18. q. 1. art.
3. in fine.

Primum signum est, quando scit dif-
cernere inter bonum, & malū; & magis,
& minus bonum. Ut rogatus, an sit malū
alium alapa percutere, etiam si injuriam
intulerit; vel mentiri, vel furari; & an,
sit bonum obedire parentibus, audire

Sacrum,

Decisio Casuum Art Mort.

Sacrum, &c. Et Respondet affirmative. Secundum signum, quando Respondet ordinatè ad interrogations sibi factas; licet prius fuerit instructus. Tertium, signum, si verecūdetur de male factis. Quartum, ex cordato modo procedēdi in suis operationibus. Deniq;, si scit quid sit secretum; & illud servare.

2 Suppono, 2, esse probabile posse pueros peccare priùs venialiter, quam mortaliter: atque adeò aliquo tempore habere usum rationis sufficientem ad peccatum veniale, & non ad mortale. Sicut contingit in adultis semidormientibus, & non plenè deliberantibus. Ut docet Durand. in. 4. d. 16. q. 2. ad. 2. & Cord. lib. de casibus, q. 60. dict. 4. & lib. 2. q. 5. ad. 5. verific. Etsi arguatur. pag. 39. Probatur, quia, ut asserit Arist. in Phisyonomica, expansionibus actualibus deducuntur accidentia pro passionib⁹ habitualibus: sed adulti corrective vehementi, & subita passione, excusantur s^xepè ex in-deliberatione à peccato mortali, quod aliâs committierent,

rent, si plenè deliberarent: ergo similiter, idem contingit in pueris, qui habitualiter sunt quasi sonnolenti, & à completa de liberatione impediti. Probatur: 2. quia natura ab imperfectioribus ad perfectio-
fa procedit; ergo credi potest probabili-
ter inesse solere priùs pueris sæpe eam
dispositionem, cum qua deliberare pos-
sint imperfectè, quam plenè, & perfectè;
vel lieè et possint plenè dcliberare; de fa-
cto tamen communiter, aut saltem sæpe
non deliberant plenè; propter difficulta-
tem, quæ provenit ex in dispositione na-
turæ, quæ est in pueritia. Probatur. 3. quia
Doctores in materia de voto, ad dispen-
sationem voti obtinédam æquant in de-
liberationem in adulto, & natura ipsam
ætatis pueri, cœlentes, pueros parùm in
illa ætate delibera. Immò cùm. cap. 2.
de voto loquatur de puerō, afferens pue-
ritiam esse causam sufficientem ad dispe-
sationem voti: inde Doctores communi-
ter colligunt, esse etiain causam ad dispe-
sandum votū, fuisse emissum ab adulto,
subito

Decisio Casuum Art. Mortis.

& ex passione, propter rationem dictam.

3 Suppono. 3. nunc, sicut vita est brevior, ita usum rationis accelerari; maximè in pueris benè educatis, & instructis, quales esse solent, nobiles, vel habitantes in insignibus civitatibus: ut Hispali, Granate, &c.

4 Dico ergo. I. Si confitetur clare puerum non habere usum rationis, nullo modo est absolvendus. Pater quia non est capax. Unde puer ante septennium, non est communiter danda absolutio: quia ante eam ætatem completam presumitur carere usu rationis. Sicut post ipsum septennium completum est præsumptio usus rationis in eis. Ut docent Panor. cap. Omnis, de pœnitentijs. num. 9. &c. cap. I. De delictis puerorum. n. 4. Soto. in. 4. d. 18. q. 1. arr. 3. in fin. D. Tho. d. 27. q. 2. a. 2. corp. Cord. de casibus. q. 60. dict. 4. Enr. lib. 4. sum. cap. 5. nu. 2. & communis Doctoris, assignans septennium ad contrahenda sponsalia; quæ sine usu rationis contrahit, non possunt. Quod etiā decernitur. cap.

Lite-

Literas, de dispensatione impuberum.
 Vnde post septennium completū absolvendus est puer, saltem sub conditione;
 nisi constet non habere usum rationis,
 maximè in articulo mortis. Quia stat pro illo iuris præsumptio de usu rationis.
 5. Dixi, Communiter; quia aliquando ante septennium solet accidere vius rationis. Vnde puer quidam 5 annorum fuit damnatus; & ex manibus patris a Demonibus arreptus; eo quod esset blasphemus; ut referrunt D. Thomas. supr. ad. 2. Soto. ibidem. colun. penulti. vñscul. Quod si arguas. Gloss. capit. 1. De delictis puerorum, verb. Grandiusculis. ibidem Panormit. num. 4. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 8. §. 2. colun. 2. qui sumpserunt ex D. Gregor. lib. 4. Dialogorum. cap. 18. Hic tamē casus est farus; ut prædicti Doctores dicunt. e. dub. 7. 372. 7. p. 1. m. 50B

Dico. et in quacunq; etate; in qua clas-
 re constet, puerum habere usum rationis,
 est absolvendus; si fateatur aliquid peccatum, saltem veniale. Patet, quia nō est
 peioris

801 Decisio Casuum Arti. Mortis.

peioris conditionis talis puer, quam ad-
ultus. immo tanto magis puer est juvan-
dus Sacramentis, quanto minus valet pro-
prio diuersu. Et ideo debet parentes cu-
rare, ut si puer (etiam ante septennium,
& in minore aetate) sit nimis ingeniosus,
existens in articulo mortis examinetur
ab aliquo pio, & docto, an sit indoneus in co-
fessione, ne ejus defectu pereat in æter-
num, & parentibus imputetur filij dam-
natio: cum experientia nostris temporis
bus demonstret, aliquos pueros ingenios-
os, & benè educatos, habere usum rationis
nis ante septenium, ut ego saepè expertus
sum, maxime Hispali.

Dico. 3. si confessarius magis probabi-
le dueat, puerum habere usum rationis;
tenetur absolvere eum sine conditione;
etiam si veriale tantum fateatur. Ita Lex
desm. 2. 4. q. 5. art. 5. dub. 9. dict. 2. fol. 37.
col. 1. B. de Medi. lib. 1. sum. cap. 12. §. 2.
casu. 6. & cap. 14. §. 41. fol. 202. & libr. 2.
cap. 12. fol. 301. & Victor. in fam. q. 1. 39.
Probatur, quia non est cur ei tunc nege-
tur.

tur Sacramentum necessarium, & quo
cōstituatur in gratia; si fortè habeat mor-
tale saltem ignotum, & quo salvetur; si
casu moriatur.

Dico. 4. si æquā sit pro vtraq; parte pro
babilitas, quia confessarius æquè sentit,
puerū habere usum rationis, & non ha-
bere; si tamen talis puer fateatur pecca-
tū mortale, vel veniale, absolvedus est
necessariò sub cōditione in articulo mor-
tis. Ita. B. de Medin. supr. & multi viri do-
cti. Probatur, quia hæc pars est tutior, cū
certū sit, damnandum esse puerū, si
in peccato mortali discedat; in quo po-
test esse; licet illud non cognoscat. Et ir-
reverentia Sacramenti, tollatur cōditio-
ne apposita. Cōfirmatur, quia Baptismus
potest, & debet dari aliquando sub con-
ditione; vt dictum est suprà cap. i. ergo &
absolutio sacramentalis.

Immò potest in prædicto casu puer ab-
solvi cum conditione; etiam extrà articu-
lum mortis. Ita. B. de Medin. & aliqui viti
docti. Probatur, quia in dubijs favendum

Decisio Casuum Att. Mortis.

est pœnitenti, qui habet jus ad Sacramē-
tum ratione confessionis. Probatur. 2.
quia secundūm multos, si quis adultus fa-
tetur aliquid, quod dubitatur, ansit pec-
catum veniale; est absolvendus sub con-
ditione: quando nullum peccatum cer-
tum faretur (quāmquām in dicto casu
melius sit dicere aliquod peccatum, sal-
tem veniale certum vitæ præteritæ, etiā
si sit confessum) ergo, & in nostro casu;
eadem enim est ratio; scilicet, dubium
de materia Sacramenti. Deniq; rationes
proximè positæ pro articulo mortis, fe-
re exquè probat extra illum articulum.

10. Dice. s. pueri tenentur confiteri quā-
do sunt capaces Sacramenti Pœniten-
tiæ, & habeant peccatum mortale, sal-
tem, dubium. Est communis Doctorum,
quorum tamen multi benè advertunt,
excusari communiter pueros, nisi mo-
neantur à parentibus, vel tutoribus. Pro-
batur; quia jus Divinum obligat eos con-
fiteri; cùm sit Sacramentum Pœnitentiæ
necessarium habenti conscientiam pec-
cati

Cap. IIII. De Pænitit. Dub. III 130

cati mortalitergo & jus humanum obli-
gat. Patet, quia limitavit tempus pro his
omnibus, qui comprehendebatur jure
Divino.

Verum est, dictos pueros non compre-
hendi censuris impositis, non confiten-
tibus; nisi sint. 11. vel. 12. annorū. Soto. d.
14. q. 1. a. 3. in fine. Cord. de casibus. q. 60.
dict. 4. Enrr. lib. 4. sum. cap. 5. nu. 2. & ali:
quia solet in pueris relinquere inuitum,
quod in alijs adultis leges severius pu-
niunt. Anton. Gomez. tom. 3. de delictis.
cap 1. nu. 59. & 62. & patet ex. cap. 2. de
Delictis puerorum.

Dico. 6. quando non est danda absolu-
tio pueris, quia nō sunt capaces juxta su-
prā dicta, non sunt omnino à confessio-
ne rejiciēdi, sed audiri possunt, nō v̄e ab-
solvantur: sed vt instruātur, & assuecant
confessioni. Ita. D. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 8. §.
2. col. 3. Victoria. in sum. q. 139. Ledesim.
supradicto. 6. fol. 37.

Dico. 7. & vltim. omnia, quæ dicta sunt 13
de pueris, habent verum in quocunq;

R 2 adulto,

Decissio Casuum Articuli Mortis.

adulto, de quo propter accidens aliquod perpetuum, vel tempore, dubitari potest; an habeat usum rationis; & judicium, maximè in articulo mortis: quales solent esse aliqui semifuriosi, vel semiamentes, vel semimente capti; maximè in morbis acutioribus. Ut Lethargo. Ita B. de Med. suprà, & aliqui viri docti.

14 Nota, aliquos carere iudicio, quoad aliqua, respectu quorum, sunt nimis affecti passione, vel ex vehementi imaginazione, nata ex causa aliqua speciali: habere autem iudicium, quoad alia. Ita videtur docere Gerson. I. p. de distinctione verarum revelationum, signo. 2. fol. 112. col. 1. Et ego aliquando in aliquibus expeditus sum. Quo casu, absolvendi sunt ab illis peccatis, quæ creduntur commisisse in usu rationis; & quoad alia sub conditione mentali, id est, exténdendo absolutionem ad omnem materiam capacem.

EX DUBIO. III.

I Quidlibet Sacerdos in articulo mortis potest absolu-

absoluere quemlibet à quibusvis peccatis, censuris; dummodo non sit copia legitimi confessarij, nec commodè possit haberilicentia Superioris. n. 1.

Quidam Iuniores credunt id posse, etiam si sit copia legitimi confessarij. n. 2. Id tamen tanquam omnino falsum, & improbabile rejicitur. Et impugnatur. n. 3. Etiam ex Decissione expressa Cardinal. deput. pro Concil. Trident. n. 3.

Concilium Trident. sess. 14. de Pœnitent. cap. 7. non condidit jus nouum; sed promulgat antiquum, & usum Ecclesiae. n. 4. Antiquum autem, tantum permittit ex defectu legitimi, & Superioris; idque probatur multis locis iuris. ibid.

Ante Trident. nullus dubitauit, Simplicem non posse absoluere, nisi ex defectu legitimi. n. 5. Concilium aquæ loquitur de peccatis, ac censuris, quæ tamen tantum absoluuntur ex defectu Superioris. n. 6.

In aliorum Sententia non esset recurrendum ad legitimum judicem quando quis absoluitur ab excommunicatione in articulo mortis. Quod est omnino falsum. n. 7. &c. 15.

Decissio Casuum Art. Mort.

- 8 Optima legis interpretatio sumitur ex ratione expressa in lege. n. 8. Non expedit, ut cuicunq; Sacerdsti detur licetia absoluendi in articulo mortis; nisi ex defectu legitimi confessarij: quia tunc pricipuè est facienda electio docti, & pij, nè in multis erretur. ibi.
- 9 Ius nostrum non creditur corrigere antiquum: nisi clarè constet. n. 9. Bulla requirit approbatum ab Ordinario, etiā pro articulo mortis. n. 10.
- 11 Simplex Sacerdos absoluens morientem, quando est copia confessarij legitimi peccat. M. nu. 11.
- 12 Non magis potest simplex Sacerdos absoluere, quando est copia confessarij legitimi quam potest laicus baptizare in præsentia Sacerdotis.
- 13 n. 12. Immò multo minus. ibi. Non scrupulizādum est simplici Sacerdoti in dubio. n. 13.
- 14 Ad quem sit recurrentum in articulo mortis pro casibus Papæ reservatis. n. 14.
- 15 Pro casibus Episcopi recurrentum est ad Episcopum, vel sumēda Bulla. n. 15. Cum Bulla, excepta hæresi, potest sine recursu absolui ab omnibus casibus, etiā Papæ. ibi. Et in articulo mortis potest hæresis absolui à quocunq;, defectus legitimi confessari; cum recursu ad legitimū,
- sist.

si superviuat ibi.

Simplici præferendum est necessario approbat⁹, etiā 16
quoad resuatorum absolutionem. n. 16.

A quibus censuris concedit Trid. absoluī quemlibet in articulo mortis. n. 17.

Absolutio à Censuris facienda est, etiam si moriens 18
absoluī non posset à peccatis. n. 8.

Satisfactio, & reliqua necessaria præmitti debet 19
absolutioni à Censuris. n. 19.

Sacerdos, etiam nominatim censura impeditus, potest 20
absoluere ex defectu legitimi; & quando posset quis absoluī etiam ab heretico. n. 20. In
jure, in necessitate ferè equiparatur Baptism⁹
pro non baptizatis, & Pœnitentia pro bapti-
zatis lapsis in peccatum mortale. ibi. Recipiēs 21
in articulo mortis absolutionem à peccatis non
peccat, etiam si ministrantes pertineant pec-
cent mortaliter. n. 21.

Quis ordosuit seruandus in præferendo ministros 22
impeditos censuris. n. 22. Quādo capti ab in- 23
fidelibus possint cuilibet Sacerdoti confiteri,
& extra articulum mortis. n. 23. Idem est, 24
non esse legitimum confessarium, & non pos-
se, aut nolle audire confessionem. n. 24.

Decisio Casuum Articuli Mortis.

Absolutus legitimè à simplici in articulo mortis
à reseruatis, non tenetur postea pro illis recur-
re ad Superiorem; nisi casus habeat annexam
excommunicationem. n. 25.

D V B I V M. III.

QVIS MINISTER POSSIT absolvere in articulo mortis.

Constat, posse quemlibet Sacer-
dotem simplicem, non hæreti-
cum, nec excommunicatum, &c.
Absolvere existētem in articulo mortis;
dummodo non possit haberi idoneus, &
legitimus confessarius, vel licentia Supe-
rioris, propter summam necessitatem Sa-
cramenti Pœnitentiae. Et ita semper in
Ecclesia fuit observatum; & tandem de-
finitur in Concilio Trid. sess. i. 4. de Pœni-
tent. cap. 7. his verbis. Verum tamen pie ad-
modum, nè hac ipsa occasione aliquis pereat, in ea
dem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nul-
la sit reseruatio in articulo mortis; atq; ideo om-
nes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibus vis
pecca-

peccatis, & censuris absoluere possunt.

Hinc aliqui juniores minus ad verteter
ad prædictum decretū inferūt, posse nūc
quemlibet Sacerdotē simplicem absolu-
ere in articulo mortis, etiam à casibus
reservatis; etiam si sit commodus recur-
sus ad Superiorē, pro licentia, vel habe-
ri possit idoneus confessarius.

Dico tamen. hæc Sententia est om-
nino falsa, & improbabilis. Sed recurren-
dum est pro licentia ad Superiorē, vel
accersendus legitimus confessarius, si ta-
lis articulus mortis tutè hæc permittat.
Ita Navar. cap. 26. n. 27. Sil. Confessor. i.
q. 6. casu. 7. Covarr. cap. Alm. mat. i. p. §.
ii. n. 8. Polan. in direct. Cofessorum. cap.
4. fin. Cordu. lib. de casibus. q. 18. Siman.
cap. 3. n. 3. Rosel. verbo. Absolutio. i. gnu.
i. 3. i. ibidem Armil. n. 13. Graf. i. p. decisi.
lib. i. cap. i. 3. n. 8. Catechismus Pi. V. §.
Sed iam. de Pœnit. Suar. 3. p. to. 4. disp. 26.
sec. 4. n. 4. Gutier. lib. 2. q. Canon. cap. 19.
n. §. Annotator in Cōsilijs Navarri. lib. 5.
tit. de Pœnitent. Consil. 23. tenet ibidem

Decissio Casuum Art. Mort.

contra Navar. (cujas dicta in Concilijs, non sunt magnæ autoritatis; maximè in his, in quibus ipse sibi contradicit dictis extrà consilia: ut patet ex Epistola ipsius met Navarri præmissa suis cōsilijs.) Et deinde prædictus Annotator dicit, referri Cōgregationē Cardinalium deputatorū pro Concilio Trident. censuisse. Sacerdotem alioquin idoneum, non tamen ad audiendas confessiones approbatum, juxta Trid. sess. 23. cap. 15. non posse valide à peccatis mortalibus absolvere in articulo mortis; ubi citrā mōre periculū haberipotest copia Sacerdotis approbati, & longè id minus, si ipse met Parochus præsens id prohibeat, paratusq; sit infirmi confessionem audire, nec illa subsit causa Parochum ipsum recusandi.

4 Probatur. i. quia Trident. non condidit ius novum; sed tantum promulgavit antiquum, & usum Ecclesiæ: dicit enim: *In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit.* Sed usū Ecclesiæ, & iure antiquo tantum concedebatur prædicta absolutio ex defectu legitimi cōfessarij; nō moriens pri-

varetur Sacramento summè necessario.
 Ut patet ex Concilio Cartag. 3. can. 32.
 & habetur cap. Presbyter. 26. q. 6. Presby-
 ten in consilio Episcopos non reconciliat pœnitenc-
 tem; nisi absente Episcopo Ultima necessitas co-
 gat. Et Extravag. Intercunctas. §. Incen-
 diarios, de privilegijs; dicitur loquendo
 de casibus reservatis, etiam sine excom-
 municatione. Quod si forsitan antequam ab eo,
 qui potestatem habet, absoluvi possint, mors talium
 confiteri volentium verisimiliter timeatur; etiam
 in predictis casibus, sepe fati fratres, eos confite-
 ri volentes audient: ipsiisque beneficium absolutio-
 nis impendent: sed subeant juramenta, quod libe-
 rati, scilicet Episcopis, & excommunicatoribus pre-
 sentabunt. Excommunicantur super his, pro qui-
 bus ab eis excommunicati erant: & Episcope-
 rum pro peccato huiusmodi parituri mandatis. Et
 Extra. i. de excōm. §. Decernimus, dicitur.
 Decernimus etiam, ut nullus hæc incurrit excom-
 municationis sententiæ, pro predictis, vel aliquo
 predictorū, absq; speciali mandato absolutionis. be-
 neficiū valeat obtinere: nisi forsitan, ad nos habere
 accessū non posset, in mortis articulo constitutus.

Item

Decissio Casuum Art. Mortis.

5. Item quia ante Trident. nullus de hoc dubitavit: ergo, nec post illud potest dubitari. Probatur consequentia, quia sic Trident. falsum diceret; cum dicat, semper in Ecclesia Dei fuisse custoditum, quod non fuit; ergo cum sit certum, quod Trid. dicit: certum etiam erit, Conciliu non dare facultatem simplici quando potest haberi legitimus confessarius. Hoc enim non fuit semper in Ecclesia custoditum.
6. Probatur. 1. quia Trid. eodem modo loquitur de peccatis, ac de censuris: sed nemo, quem ego viderim concedit, posse quemlibet Sacerdotem absolvere ab excommunicatione, quando potest haberi facile recursus ad Superiorem, qui potest alias absolvere. Id enim esset expressum contra cap. Qui recedunt. 26. q. 6. & Extravagantem. i. cit. & contra cap. Eos, qui de Sententia excommunicationis. lib. 6. ubi dicitur: Eos, qui à Sententia Canonis, vel hominis, cum ad illum; à quo alias de jure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminē-
moris articulum; aut aliquod impedimentum
legi-

legitimum pro absolutionis beneficio, habere recursum; ab alio absoluuntur, &c. Ergo similiter, & à peccatis, nemo potest absolviri in articulo mortis à simplici Sacerdote, nisi ex defectu legitimi.

Confirmatur, quia non esset necessarium recurrere in censuris, ad eum, qui aliâs legitimè debebat absolvere, quando quis absolvitur ab illis in articulo mortis, ab illo, qui aliâs non poterat: quod esset cōtrà jura citata; quæ expressè id exigunt. Patet quia Trident. in dict. cap. 7. nihil dixit de tali censoriarum recursu. Et si dicas, non dixisse; quia id tanquam certissimum supponebat colligi ex jure antiquo. Id ipsum ego dico de absolutione à peccatis, quam Trident. quoq; supponerbat debere intelligi ex jure antiquo; scilicet, ex defectu legitimi confessarij; maximè quia Trid. satis expressit vtrūq; dicens. *Semper in Ecclesia Dei fuit custodiū.* Scilicet, se loqui juxta jura antiqua, & usum antiquum Ecclesiæ.

Probatur. 3. quia optima interpretatio

legis

Decisio Casuum Arti. Mortis.

legis sumitur ex ratione expressa in lege.
Corasi.de jure civil.in artem redig.4. p.
cap.1.in fine.& cap.5.Matien.dialog.Re
lat.3.p.cap.15.in fine.Iason.leg. De qui-
bus.ff.De legib.n.5.Bald.lege.Si quis.C.
de furt.n.7.Sil.verb.Iex.q.16.ibi Angel.
n.7.Segu.lege.Imperator.ff. Ad Trebel.
n.34.Cast.lib.1.de lege.Pœna.cap.7.do-
cumento.3.Panor.cap.fin. de rescriptis.
n.10.Navar.§. in Levit.de indulgentijs.
notab.25.n.3.& communis.Scd in dicto
Concilio ratio expressa est. *Ne hac ipsa ec-
casione, aliquis pereat. Quod obtinetur ple-
niissimè, si quicunq; Sacerdos absolvat ex
defectu legitimi: ergo tantùm intelligen-
dum est hoc modo. Immò non ita benè
consequeretur talis finis; nisi hoc modo.*
*Quia non expedit, ut confessio in articu-
lo mortis cōmittatur sine electione cui-
libet Sacerdoti, etiam idiotæ, quādo sine
periculo, haberi potest legitimus. Pluri-
mum enim refert, in illa hora, immò ma-
gis quam in salute, habere confessarium
idoneum, qui, & melius disponat moti-
tcm,*

tem, & sufficiéter possit illum instruere, circà restitutions faciendas, tam hono-
ris, quām rerum alienarū: & circà prudē-
tem sui testamenti dispositionem, & sine
cūjusq; præ judicio.

Probatur. 4. quia non est credendum, 9
Ius novum corrigere antiquum, nisi ex-
primat. cap. Ecclesia vestra. 2. de elec̄tio-
ne: & leg. Si quando. §. 1. C. de in officio.
testament. & ideo optima interpretatio
est, quę reducit jus novum ad antiquum:
secundūm Iuristas cōmuniter. Iason. leg.
Omnes populi. ff. de just. n. 62. Sarmient.
lib. 1. Select. cap. 12. n. 5. Mont. lib. 3. fori-
reg. tit. 10. leg. 13. in verb. Por otro. Segur.
de bonis lucratīs cōst. Matri. n. 118. Nau.
cap. 4. n. 1. Glo. leg. Præcipim'. C. de appe.
in verb. Intelligāt. Gutie. lib. 3. q. Pract. q.
15. n. 34. (& addit, etiā si verba impropriā
da sint) Rebu. cap. Extirpādæ, de præb. in
3. a. pag. 409. ver. 2. Conclusum. Marā. de
ordi. judic. 6. p. de inquisi. Ludu. Gomez
regula. de annali possessione. q. 9. versi-
cul. Postremò. Cou. lib. 3. Vari. cap. 6. n. 4.

& pa-

Dēcīſio Casuū Arti Mortis.

& patet ex motu Pij. V. de consanguini;
vbi dicitur: *In casu correctionis juris veteris*
secundum proprietatem verborū dum taxat pro-
cedendum est. Item leg. Præcipimus: citat;
& leg. Finali. C.de Ædific. sed Trident.
non dicit, se concedere licentiam absol-
vendi cuilibet simplici Sacerdoti in arti-
culo mortis, etiam si adhuc, vel adesse pos-
sit legitimus: ergo sine dubio, tantum lo-
quitur juxta jus commune, & antiquū, in
quo conceditur licentia simplici, in de-
fectu legitimi confessarij: maximè cùm
Trident. exprimat usum antiquum Ec-
clesiæ, dicens. *Ita semper custoditum fuisse in*
Ecclesia Dei.

10 Probatur. s. quia quorū Bulla con-
cedit absolutionē à reservatis in articu-
lo mortis; & dicit requiri, ut fiat per ap-
probatū ab Ordinario; si hoc habet qui-
libet Sacerdos per Trident. vt dicūt ad-
versarij? Confirmatur, quia simplex Sacer-
dos absolvens morientem; quando habe-
ri posset legitimus confessarius, pecca-
ret mortaliter: exponit enim illum peri-
culum

cūlo damnationis æternæ, si talis absolu-
tio in re sit nulla; & aliâs infirmus nō ha-
beat veram contritionem: cùm tamen
possit dari securè talis absolutio à legit-
imo confessario, si posset ad esse.

Probatur deniq;. quia sic possit dici; i 2
posse laicum baptizare in articulo mor-
tis in præsentia Sacerdotis; vel cùm pos-
set commodè, & sine periculo expectari;
quia jure Divino, & humano conceditur
in illo articulo cuilibet baptizare: quod
tamen est falsum: vt dixi supr. cap. I. dub.
I 5. dict. 2. §. Dixi ex defectu. Immo tene-
ret Baptismus, licet illicite daretur. Non
tamen hie valeret absolutio, ex defectu
jurisdictionis, quæ datur limitata pro ne-
cessitate tantum, ex defectu legitimi cō-
fessarij.

Nec tamen propterea, simplex Sacer- t 3
dos multum scrupulizet; sed se inclinet
in eam partem, vt absolvat, quâdo dubi-
tat, an sit locus spectationi legitimi con-
fessarij; vel, an sit ille articul⁹ mortis. Ent.
lib. 8. sum. cap. II. n. 3. patet, quia ea pars

Decissio Casuum Arti. Mortis.

est tutior. (Vide infrà.dub.5.&.6.) Ne nimis scrupulizando, infirmus moriatur si ne absolutionis beneficio.

14 Dico. 2. pro casibus reservatis Summo Pontifici, recurré dum est ad Episcopum pro secularibus; & ad Supremum (id est, ad Generalem, vel Provincialem) superiorem religionis, pro religiosis, si comodè possit. Nava. cap. 27. nu. 88. & 89. Silu. Absolutio. 3. fin. & Absolut. 4. dub. 1. n. 2. Panor. in. cap. Monachi. n. 3. [&. cap. De cætero. n. 1. de sententia excommunicationis. Ibidem Innocen. Enrr. lib. 7. sum. cap. 10. nu. 1. Cordub. de casibus. q. 18. Et patet ex casu simili percussionis Clerici in. cap. Monachi; & cap. Mulieres, & alijs, de sententia excommunicationis.

15 Et ideo, si in tali articulo infirmus habeat casum reservatum Episcopo, & Episcopus nolit ad eū venire: mittat ipse infirmus per literas, vel confessarius pro ejus licentia, non nominādo personā pœnitentis, vel sumat Bullam (quam si nō habet infirmus, habens peccata reservata, & non

& non potens recurrere ad Episcopum:
debet tunc sumere: nisi sit pauper: hæc
enim est facillima diligentia) cum qua
potest absolvit ab omnibus reservatis, e-
tiam Papæ sine recursu ad aliquem; etiam
si supervivat. B. de Medina. lib. 2. summ.

cap. 12. fol. 304. contra Navar. cap. 26. n.

31. quia concessio Bullæ est absoluta, id
est, sine recursu, quem debet habere, qui
sine privilegio absolvitur ab excommu-
nicatione, in articulo mortis, ab eo, qui
aliâs non paterat. Patet ex capite. Eos,
qui de sententia excommunicationis. lib.
6. Excipitur tamē hæresis, de qua cū re-
cursu eadē est ratio, atq; d' alijs reservatis
cū excommunicatione, quando non adest
qui legitimè possit absolvere in articulo
mortis, potest enim tunc à quolibet etiā
simplici Sacerdote absolvit cū recursu ad
legitimum solventem, si supervivat.

Dico. 3. in articulo mortis non potest
simplex Sacerdos absolvere à reservati-
onis, quando esset presens, vel commo-
de haberet posset cōfessarius approbatus;

Decissio Casuum Art. Mortis.

etiam qui aliâs non posset absolvere à reservatis. Enrr.lib.6.sum.cap.iiii.n.4. Sua. 3.p.to.4.disp.26.Icc.4.n.4. Etiâsi alter sit tâtum approbatus, quia verbi gratia, est. Parochus alienus. Probatur, quia approbatus est absolutè cōfessarius per Ecclesiam designatus: licet impeditus quoad reservata: ergo illi potius facienda est cōfessio, quam alteri, qui non est confessarius designatus, nec ab Ecclesia approbatus.

7 Dico. 4. Censuræ, de quibus Trident. dicit, posse absolvi quemlibet in articulo mertis, non sunt irregularitas, nec suspensio ab Ordine, vel officio; aut beneficio, aut alia, quæ non impedit receptionem Sacramentorum Pœnitentiæ, Eu-charistiæ, vel Vnctionis. Sunt vero. Excommunicatio, & quæcunq; impediens receptionem Sacramentorum prædictorum. Ut interdictum personale, & suspensio à perceptione dictorum Sacramentorum, vel ecclesiasticæ sepulturæ. Patet, quia hoc sufficit ad finem, ad quem concedi

ceditur prædicta licentia; scilicet, nè aliquis pereat in illo articulo. Item ex usu Ecclesiæ, quæ nunquam absolvit ab irregularitate in dicto articulo, quia non est necessarium; & quia Trident. non condidit jus novum, sed promulgavit antiquum, quod nullus explicuit, nisi isto modo à me dicto. Et ideo Concilium non limitavit, quia satis limitatur juri communi, ratione, & praxi; quas suo decreto affert, ut patet ex suprà probatis. dicto nostro. i.

Hæc autem absolutio à dictis censuris, facienda est etiam si non possit absolviri à peccatis; ut possit recipere alia Sacramenta, & ecclesiasticae sepulturæ mandati: ut infrà dicitur. cap. 5. dub. 2. §. Nota tamen.

Debet autem præmitti satisfactio juris, propositū obediendi Ecclesiæ; & se præsentandi ei, à quo aliâs debebat absolviri, à dictis censuris reservatis, si forte convenerit, de quibus partim suprà dicto. 4. & in principio hujus capituli. 4. 8. p. 3. nos.

Dico. 5. verius, & tutius est, posse existentem in articulo mottis; ex defectu

Decissio Casuum Art. Mort.

legitimi, absolvī ab excōmunicato', etiā nominatim, suspenso, irregulari, degrada to, etiam realiter, immò & ab hæretico, si non timeatur periculū perversiōnis, vel scandalum, quo credatur ejus hæresi con sentire (quod, quia sæpè continget, ideo raro potest recipi absolutio ab hæretico manifesto perduranti in sua hæresi.) Ita Sil. Confessor. i. q. vlt. cum Archid. & Au reol. Angel. Confessio. 3. n. 2. Cano. re lectione de Pœnitentia. 5. p. fol. 92. Gloss. cap. Non est, de sponsalibus. verb. Baptif mus. Angles. i. p. n. 4. q. de confessione, articul. penult. difficul. ante penul. conc. 2. Armil. Absolutio. Covar. cap. Alma. i. p. §. 6. n. 8. Palu. in. 4. d. 25. q. i. fin. Almain. ibi. d. 17. q. i. art. 2. col. 13. Palat. ibidem. disp. 7. cōc. 5. Lu. Lopez. i. p. sum. cap. 58. ver. Ex quo. Rodr. in Bulla. §. 9. n. 29. Enr. lib. 6. sum. cap. 11. nu. 7. Pet. de Ledes. i. p. suin. de Pœnitēt. cap. 14. dub. 4. Suar. 3. p. tom. 3. q. 82. art. 3. dispu. 72. sec. 4. in fine. Probatur. i. quia Trident. suprà absolu tē, & vniuersaliter dicit: *Omnes Sacerdotes.*

Pro-

Probatur. 2. quia credendum est: Ecclesiastim eo tempore concedere licentiam hāc pro Sacramento summè necessario, quod ideo nunquam negavit in articulo mortis; Immò commendat vt diligenter tūc ministretur, ne Sacerdos sit animarū re^o. cap. Si Presb. & cap. Sequēte. 26. q. 6.

Denique probatur quia in jure ferè æquiparantur in necessitate Baptismus pro non baptizatis, & Pœnitentia pro fidelibus, qui post Baptismum peccauerūt mortaliter, vt cap. Multiplex, de Pœnitentia. d. i. & cap. Non est, de sponsal. & Concilio Carthag. 3. can. 34. Sed Baptismus potest dari in necessitate, etiam ab heretico, vt habetur cap. Si quem fortè, 24. q. i. ergo & Pœnitentia. Vide suprà cap. 3. dub. vltimo, dicto i.

Nec cooperatur malo ministri conferentis Sacramentum ægrotus illud recipiens, etiā si certò sciat esse animo pertinaci in sua heresī, vel excōmunicatione; quia ægrot^o p̄mitit quod licet alter potest dare, si velit proponere obediē Ecclesie,

Decisio Casuum Art. Mortis.

& habet necessitatem, quæ dat illi jus ad petendam absolutionem; modò alter Sacerdos sit paratus dare, modò non.

22 Item observari debet, ut inter Catholicum quocunq; impedimento detentū, & hæreticum, vel schismaticum, præferatur Catholicus. Enr. lib. 6. sum. cap. II. n. 7. Et inter Catholicos, irregularis præferatur excommunicato. Enr. suprà. cap. 13. quia tum excommunicato nō potest participari, & suspensus, & interdictus præferratur irregulari; quia sunt majora impedimenta: & excommunicatus præferatur degradato; quia est maximè inepitus ad officia Sacraementorum prestanta.

23 Ex dictis sequitur, captivos, qui sunt apud infideles, posse audiri à quocunq; Sacerdote ex defectu legitimi confessarij, non solum in periculo mortis, quod est certum; sed etiam quando nulla, vel parva est spes redemptionis eorum; nec habebunt Sacerdotem in articulo morris; ita quidā viri docti. Patet quia potest præveniri confessio ita necessaria.

Nota,

Nota, idem esse; non esse legitimū 24
confessariū; vel licet sit, nolle, vel non
posse audire confessionem, secundū om-
nes, & patet ex responsione Cardinaliū.
• citat. suprà n. 3.

Nota deniq;, eum, qui absolutus est à 25
peccatis reservatis in articulo mortis, nō
teneri postea, si supervivat recurrere ad
suū. Superiorē pro absolutione casuū,
de quibus iam est absolutus in dicto pe-
riculo, ab eo qui aliās non poterat; nisi
casus haberet annexam excommunica-
tionem. Nam si habeat, debet se præsen-
tare, si supervivat sub pœna reincidentię
in eandem censurā. vt docent. B. de Me-
dina. lib. 2. sum. cap. vltim. regul. 2. Nava.

cap. 26. n. 26. Marg. Confess. fol. 44. Palu-
in. 4. d. 17. q. 3. art. 1. fine. Angles. q de Cō-
fessione. art. 4. difficul. § Silu. verb. Con-
fessio. 1. q. 19. fine. Cordub. de casibus. q.
18. art. 2. dicto. 2. Rodr. in Bulla. §. 9. n. 56.
Enr. lib. 6. sum. cap. 9. n. 2. Nec obstat Cle-
ment. Inter cunctas, de privilegijs. citat.
§. Incendiarios; quia loquitur tantum de

Decisio Casuum Arti Mortis.

Mendicantibus; & præterea non est in
uso; siquidem communiter Doctores te-
nent quod diximus.

EX DUBIO. V.

I Sententia affirmativa ponitur. n. 1. Ius multum
fauet, ut rescepta perficiatur ibi. Quæ, quādo-
sit satis probabilis, ponitur. n. 4.

Delegatus potest perficere causam ceptā, licet ces-
set sua iurisdictio. ibi. Simplex Sacerdos in præ-
sentia legitimi confessarij non potest audire
peccata omissa in confessione, quam ipse audi-
vit, & perfecit absoluendo. n. 2.

Ex defectu tamen legitimi potest, & tenetur au-
dire, & absoluere dicta peccata omissa. n. 3.

5 Tutius est, ut pœnitens legitimo confessario super-
venienti ante absolutionem dicat omnia pec-
cata, quæ prius simplici Sacerdoti, sine abolu-
tione erat confessus. n. 5. Et quid faciendum,
ut æger excuset molestiam repetendi peccata
dicta. ibid.

6 Interim dum simplex incipit audire confessionē,
mittat pro legitimo confessario, vel pro licen-
tia. n. 6.

DVBIVM. V.

V. POSSIT SIMPLEX SACERDOS perficere confessionem cœptam,
etiam si superueniat legitimus confessarius.

Q Vidam affirmant, posse perfici,
ita Enrr.lib.6.sum.cap.11. n. 3.
& colligitur ex D.Ant.3.p.tit.
17.cap.9.fine.Palud.in 4.d.17.q.4.art.3.
conc.3.& Marg.cōff.fol.13.docētib⁹, cōfessionem cœptā posse perfici, licet cesset jurisdictione delegati, per mortem delegatis. Idem de confessione cœpta à religioso, à quo antea absolutionem tollitur facultas absoluendi, docet P.de Ledesm.
r.p.sum.de Pœnit.cap.12.conc.5.dub. 2.
Probatur, quia in jure se per favetur perfectioni rei iā cœptæ, ne molestia, & labor accrescat alicui; & ideò decernitur, ut delegat⁹ prosequatur causam à se cœptā, licet cesset sua jurisdictione per mortem delegatis; ut habetur cap. Licet fin. d' offi. de le. & li. 6.cap. Si delegatus, eodē tit. ergo à for-

Decisio Casuum Arti. Mortis.

à fortiore, id habebit locum in confessione, cuius repetitio solet esse nimis laboriosa, & augere verecundiam.

2 Dico tamen. i. Si quando supervenit legitimus confessarius, simplex Sacerdos iā absolverat; tunc necessariò peccata omissa, sive ex oblivione (quæ tamen post dictam absolutionem memorie occurunt.) Sive ex alia causa; scilicet, quia non sperabatur fore, ut posset ante mortem perfici integra confessio; dicenda sunt legitimo confessario supervenienti; & non possunt dici simplici Sacerdoti. Probatur, quia talis confessio prima est iam absoluta; & ita secunda potest, & debet fieri legitimo; quia adest, sine primæ repetitione.

3 Sitamen legitimus confessarius non superveniat, nec commodè venire possit; tunc simplex Sacerdos potest, & tenetur audire peccata, ex quacunq; causa omissa in priore cōfessione, si adhuc perseveret articulus mortis; etiam si ipse absolvisset infirmum in prima confessione;

quia

quia infirmus tenetur confiteri peccati
omissa, si memoriæ occurrant: ergo Ec-
clesia creditur concedere omni Sacerdo-
ti, ut possit eum absolvere, ut sic quoad
omnia peccata recōcilietur Ecclesia, &
subjiciatur ejus clavibus. Suar. 3. p. to. 4.
disp. 23. sec. i. n. 2.

Dico. 2. probabile satis est, posse perfi- 4
ciceptam confessionē à Simplici Sacer-
dote, etiam si antē absolutionem perve-
niat legitimus confessarius; dummodo
tamen post absolutionem factā à dicto
Simplici pœnitens dicat legitimo cōfes-
sario aliqua peccata, saltem venialia. (etiam
si fuerint alteri confessi; dolendo denuò
de illis) ut ab illis absolvatur. Patet quia
in articulo mortis tutior pars est eligen-
tia; & ratione prædicta excusatur mole-
stia repetitionis confessionis iam facte,
& securè obtineatur absolutio à legiti-
mo confessario.

Tutiùs tamē est tunc dicere legitimo
confessariō omnia peccata, quæ simplici
Sacerdoti dixerat, à quibus nōdūm erat
absol-

Decisio Casuum Art. Mort.

absolutus; & satis probabile est, id esse necessarium. ita P. de Ledesm. supra fine.

Probatur, quia illa licentia non est simpliciter concessa simplici Sacerdoti, ut delegato; sed ob solam necessitatem, & defectū legitimi cōfessarij, in cuius præsentia iam simplex non est confessarius.

Deberet tamen tunc peti, & concedi licentia ab Episcopo, vel ab alio, qui posset eā dare simplici Sacerdoti, ut posset perficere confessionem cœptā. P. de Ledes. suprà, nec grauetur infirmus repetitione confessionis: nisi tamen esset specialissima causa negandi dictam licentiam; ut quia meritò timeretur, talem simplicem Sacerdotem non curaturum cōuenienter animam infirmi, nec ei explicaturum obligationes necessarias. Quo-ctiā casu inspici debet, an sufficiat (obtenta priùs facultate pœnitētis) cōmunicare dictas difficultates cū superueniente, vel cum alio idoneo, ad eas legitimè decidendas. Immò, cum eadem facultate pœnitētis, posset dictus simplex Sacerdos, qui infir-

mum

num ex parte audierat, referre peccata
audita in confessione, legitimo confes-
fario coram ipso infirmo pœnitente, non
potente cōmodè illa dicere (quia si pos-
set, debet infirmus ipse illa dicere, ut dixi
mus in principio huius §.) ut legitimus
ipsum infirmum ab illis absoluat.

Ex dictis sequitur, curandum esse, ut
dum incipitur confessio à non legitimo,
mittatur pro licētia, vel pro legitimo cō-
fessario, ut fiat iuxta proximē dicta quod
fuerit necessariū. Ita tamen ut non scru-
pulizet multū; sed semper in dubio se se
inclinet ad dandam absolutionem.

EX DUBIO VI.

Qui in articulo mortis vel unum tantum veniale
potest fateri, absoluendus est, si non possit am-
plius dicere. n. 1.

Absolutionis forma quæ est in Manualibus pro
articulo mortis, non est sacramentalis. n. 2.

Curet Sacerdos, ne pœnitens periclitans discedat
sine absolutione; & quomodo id præstandum
sit. n. 3.

Decissio Casuum Art. Mortis.

Confessarius moneat morientem; ut opportune explicet obligationes, quas habet. ibi.

4 Quid faciendum, quando moriens habet casum reseruatum, etiam cum excommunitate.
num. 4.

5 Quid faciendum sit Sacerdoti, à quo, dum celebra petitur confessio morienti. n. 5.

Missam interrupi potest, ut baptizetur infans moriens. ibi. Pro Extrema Vnctione potest interrumpi Missa, quando moriens solam eam potest recipere, & nullum aliud Sacramentum recepit in illo periculo mortis; nec potest recipere aliud. ibi.

7 Quid faciet Sacerdos, qui deferens Eucharistiam infirmo, inuenit eum indigere longissima confessione. nū. 6. & 7. Item de fāno, qui indiget confessione longa, & iam accessit ad lintheum proxima Communione. n. 7.

8 Parochi mittant qui roget infirmum petentem Communionem, an velit confiteri aliquid; ut confessio fiat antē quam Communio feratur; nisi periculum urgeat. n. 8.

9 Confessarius curet, nē sit molestus in examinando infirmo. n. 9.

Expi-

Expedit multum confiteri sæpè infirmum saltem i 0
quotidie, usque ad mortem, & ut adminis-
tratum veræ contritionis frequet. n. 10.

Quando multi sunt in periculo mortis, possunt,
& debent non integrè confessi simul, vel sigil-
latim absolui; etiam si posset unus, vel al-
terius; omissis alijs confessio integrâ audi-
num. i 1.

Vtrum tempore pestis possit audiiri non integrè i 2
peste infectus; quando confessarius timet me-
ritò sibi inde infectionem. n. 12. Saltem tunc
potest crassiore modo fieri confessio, quam sine
peste. ibid.

Parochi tenetur tempore pestis ministrare Sacra-
menta; & ad id possunt ab Episcopo compel-
li. n. 13.

In periculo mortis potest quis confiteri coram i 4
multis, si non possit secretò; & quomodo id
faciendum; & in quibus casibus. n. 14. Idem
de surdo. ibi. Licet publicè confiteri propter uti-
litatem. ibi.

In periculo mortis verius est teneri coram alijs;
sicut & per interpretem confiteri; quando non
potest secretò, vel sine interprete. n. 15.

Decissio Casuum Arti. Mortis.

- 16 Audientes prædictam confessionem, monendi sunt de obligatione arctissima sigilli seruandi.nu.16.
- 17 Possunt omitti in confessione peccata, quæ inducerent audientes ad peccandum; vel ex quibus timeret pœnitens sibi in justum damnum inferendum.n.17.Sic tamen omissa, tenetur quæ primum confiteri.ibid.

DUBIVM. VI.

V. SIT NECESSARIVM SERVARE integratatem confessionis in articulo mortis.

DIco. i. Si quis existens in articulo mortis, vel propter infirmitatē, vel defectum sensus, vel loquēlæ, vel eo quod mors valdè properat, nequeat integrè confiteri, absolvendus est necessariò; licet vnum tātum veniale sit fassus voce, vel nutu. Est communis, receptissima, & certa sentētia; quia iam est ibi materia sufficiens. De signis autē cōtritionis, dixi suprà.dub.2.

Nec

Nec tamen propterea fallantur Sacerdores aliqui ignari credentes formā absolutionis, quæ solet esse in Manualibus, pro articulo mortis, esse sacramētalem; illa enim tantum deservit pro indulgentijs applicandis, & ad absolvendum à cēsuris: ut benè Sot. d. 18. q. 2. art. 5. verificu. Objicere Nau. cap. 26. n. 28. Cord. lib. 5. q. 39. punct. 2. pag. 476.

Dico. 2. curare summopere debet Sacerdos, nè infirmus sine confessione discedat; & ideò in dubio conferat absolutionem, auditis aliquo, vel aliquibus peccatis; licet pœnitens dicat, vt altera die, vel tempore revertatur; eo quod tunc ita defatigatus se sentiat, vt sinè gravi molestia nequeat confessionem cœptam prosequi. Tunc enim Sacerdos moeat pœnitentem, vt in genere saltem, se accuset de alijs peccatis, quæ protunc non valet dicere, explicando quo ad melius possit; scilicet, mihi restabant dicenda aliqua alia; vel alia multa peccata in hoc, vel illo genere; vel

Decissio Casuum Alt. Mortis.

tot, quot dixi, de quibus me accuso. Et Sacerdos faciat pœnitentem proponere, scilicet illa confessorum die sequenti, vel alio opportuniore, vel propinquiore; in quo confessarius tenetur redire, si pœnitens adhuc vixerit. Monendo interim pœnitentem, ut explicet, etiam scriptura publica, si opus fuerit, obligationes, quas habet restitutionis. Ita Alcocer in sum. cap. i i. casu. 2. fol. 38. B. de Medi. libr. 2. sum. cap. 8. fol. 285. & cap. ultimo, regula 4. fo. 354. Lu. Lopez, i. p. sum. cap. 18. cōditio-
ne 10. Grafis i. p. deciss. lib. i. cap. 26. nu.
6. Enrr. libr. 5. sum. cap. 12. n. 3. litera M. &
libr. 6. cap. 10. n. 6. Probatur, quia ea pars
est tutior; ne, sicut iam contigit, infirmus
sine Sacramētis moriatur. Item quia ille
conficitur integrē, quantū pro tūc com-
modē potest. vide D. Aug. tom. 9. lib. 2. de
Visitatione infirmorum, col. penultima,
& cap. Si Presbyter, 26. q. 6.

Idem est dicendum, si infirmus habeat
casum reseruatum, etiam cum excōmu-
nicatione; si enim timeatur mors, antea
quām

quām confessarius possit petere facultatem ab eo qui potest eam dare , teneretur illum statim absoluere cum proposito, se presentandi quām primūm suo Superiori. Grafis suprà, n. 7. patet ex dub. 4. dīcto 1. & 4. Si tamen confessarius habeat aliquem, quem possit mittere pro licentia absoluendi à tali casu (habita priùs licentia pœnitentis, si ab eo cognouit talē casum in confessione) mittat illum pro di-
 -Et a licentia : interim ipse ne discedat ab infirmitate, ut si fortè periculum urget, cū absoluat. Conarer ego ad maiorem secu-
 -ritatem, etiam post absolutionem dicti
 casus reseruati cum excommunicatione
 in dubio collatam ; petere facultatem à Superiori, si commodè possem, vt iterū eum absoluere legiti mē: & denuò facta accusatione illius dicti peccati reseruati cum excommunicatione ; & nouorum peccatorum, noua etiam imposta pœni-
 tentia. Itaque in his, & similibus casibus tutior pars est, quæ fauet absolutioni.

Dico 3. si quis Sacerdos, quādo est cele

Decissio Casuum Art. Mort.

brans, petatur pro confessione alicujus existentis in articulo mortis, si non sit aliis; potest Missam inchoatam, etiam post consecrationem, relinquere: servante interim aliquo Eucharistiam; & secū deferat aliquam formam consecratam, & Extremam Vnctionem, ad infirmum; & audita ejus confessione, & data Eucharistia, & Extrema Vnctione (remissis tam Psalmis pœnitentialibus ad Ecclesiastam post Missam) revertatur ad perficiendum Sacrum. Quod si confessio fuerit ita longa, ut media hora perfici nequeat; transacta dicta media hora faciat confessarius pro reliquis peccatis diligentiam, quam dixi faciendam esse in casu proximè possito dicto. 2. n. 3. monito pœnitente, ut cum accessu aliqua occasione post dictum sacram; vel ipse Sacerdos titulo cognoscendi infirmitatis statum inviset eum; ut perficiat omnino confessionem. Quæ omnia tractanda sunt cum ipso pœnitente; quando primò illum absolvit. Hæc colliguntur ex Glossa cap.

Nullus

Nullus Episcopus, de consec. d. i. verbo.
Recedere. & Enrr. lib. 9. sum. cap. 30. nuc.
4. cum Doctore Vera id afferentibus in
casu, in quo est necessarium interrumpi
Sacrum, ut infans baptizetur: cum ta-
men Baptismus validè ministretur à non
Sacerdote: non autem absolutio sacra-
mental is. Quæ ratio etiam probat posse
Missam interrumpi, pro sola Extrema
Vnctione, quando ea posset dari infir-
mo; & non aliud Sacramentum; quia
amisit sensum nullo alio recepto Sacra-
mento in dicto periculo mortis. Nec
est novum; Missam interrumpi, vt pra-
Concione, & in Ordinibus, & in vir-
gentissima necessitate corporali; vt do-
cent Enricus. suprà, & Navarr. capite.
Quando de horis Canoniciis. capic. 16.
num. 69.

Dico. 4. quando Sacerdos fert infirmo
Eucharistiam; infirmusq; ei dicit, se velle
vnum verbum reconciliare, & in recon-
ciliatione, dicit se longo tépore mentitū
fuisse in confessione, vel ex alia causa, sit

Decissio Casuum Arti Mortis.

futura longissima confessio, præter intentionem; quia dixit, se tantum velle dicere unum verbum: Tunc si infirmitas sit ita periculosa, ut meritò timeri possit mors; si confessio, & absolutio differantur in aliud tempus; faciat confessarius diligentias, quas dixi. dicto. 2. & 3. audita confessione, per dimidiam horā, & crafsa accusatione de alijs peccatis, modò ibi explicato, conveniat, vt dixi, cum pœnitente de ejus reditu ad perficiendam dictam confessionem; sumpta occasione alicujus negotij. Probatur quia sic occurritur omnibus incommodis: nam & subvenit in firmo absolutione sacramentali; præmissa confessione possibili pro temporis opportunitate; & ministratur Eucharistia necessaria; & vitatur scandulum; & nota, quæ esset si longissimo tempore expectaretur à multis sanctissimum Sacramentum cōitantibus perfectio exactæ confessionis.

7. Si autem infirmitas non sit periculosa: & confessionem per dimidiam horam,

inte-

integre fieri posse tolerabiliter non spe-
retur: tunc curet cōfessarius: vt infirmus
faciat actum veræ; contritionis propter
Deum super omnia dilectū, & det ei Eu-
charistiam, monens illum de obligatio-
ne, quā habet integrè confitendi, eo, vel
sequente die; afferito confessario, præ
textu alicujus negotij. Probatur quia tūc
esset scādalum si non communicaretur:
& ex alia parte, est minus inconveniens
communicare sine cōfessione præmissa,
quā ea facta præproperè, & non integrè.
Sicut de eo, qui est proximus commu-
nioni, & iam accessit ad lintheū, dicunt
aliqui Doctores, vt Angel. verb. Euchar.
3. n. 24 in fin. Nau. cap. 21. n. 49. Sco. in. 4.
d. 9. q. 1. Marg. conf. in Quæstionibus mō-
ralibus. fol. 170. & Angles. 1. p. in. 4. q. 2, de-
de Euchar. a. 4. difficul. 4. conc. 2. & 3. qui
etiam, & alij dicāt in suo casu esse quāpri-
mum confitendū postea ex Trie. less. 13.
cano. 7. vide etiā Doctores citatos infrā.
n. 17. hujus dubij.

Debent autē Parochi hæc incōmoda

Decissio Casuum Art. Mortis.

Prevenire, mittenendo prius quam ferant

Eucharistiam, aliquem, qui interroget ipsum infirmum, an velit aliquid reconciliare; ut confessio præmittatur antè quā fecatur Eucharistia, si per periculum liecat.

9. Dico scilicet confessarius in articulo mortis nō debet cruciare pœnitētem; sed illum moneat, ut grauiora dicat priùs, & pro posse commodò reliqua peccata. Ita B. de Medi.lib.2.sum.cap.8.fol.285.Polan-

cus in Directorio confess. cap.2.§.2.

10. Aduerte, expedire multū, vt infirmus usque ad ipsam mortem fateatur sæpe; etiā si nihil nouerit quod remordeat eius conscientiam; dicendo aliqua peccata iam confessa; & saltem esset bonum consilium quotidie cōfiteri in periculo mortis; quia delicta occulta quis intelligit? & posset esse aliquod mortale occultū cōmissum post ultimam confessionem; & vt augeatur gratia. Et saltem inducatur, ut sæpe faciat actum veræ contritionis, propter Deum dilectum super omnia, ut supradicto i.dub.10.

Dico

Dico 6. quando sunt plures infirmi in 11
periculo mortis, ut in naufragio, vel in-
gressu prælii, quorum confessiones non
possunt integrè audiri; potest cōfessarius
audito uno, vel altero peccato, cuiuslibet,
eos sigillatim, vel simul absolvere,
propter rei necessitas postulaverit. Et si su-
prà: etiam si tēpus suppteret ad audiendam vnam, vel alteram integrā confes-
sionē. Ita multi viri docti. Probatur, quia
quilibet illorum indiget eo Sacramento:
ergo potest omnibus dari, licet non fiat
integra confessio. Immò tenetur Sacer-
dos ita tunc facere; nec potest ~~vnius~~ vel
alterius integrā confessionem audire;
quia caritas obligat, ut illud Sacramentū
tantæ necessitatis, in illo periculo com-
municetur omnibus, quibus potest. Ita.
quidam viri docti.

Dico 7. si quis nō audet tēpore p̄fis, 12
audire infectum; quia timet probabiliter
sibi periculū mortis ex infectione; andiat
saltem non integrè, se accommodando o-
pinioni juniorum aliquorum, afferentiū
id

Decisio Casuum Art. Mortis.

id posse fieri licet; quia sicut secundum omnes excusatur pœnitēs, ab integritate, quādo ex illa sibi timet dāmnu corporis, vel rei familiaris, vel honoris: quia, sci licet, cōfessari ille in justē pœnitēti inferret aliquid ex prædictis dānis; si illi integrē cōfiteatur: ita etiā excusatur confessarius ab audienda integra confessione, ex qua sibi mortem timet. In tali tamen casu remittat pœnitentem ad alium confessarium; si quis fortè sit, (vt aliqui solēt esse) qui velit, & possit integrē audire peste infectum, quia id est magis utile pœnitenti, qui multum solatij accipit ex confessione integra. Et ideo confidat confessarius in Deo, & vt bonus pastor ponat animam suam pro omnibus Christi Domini, & audiat integrē, crassiore tamen modo, quam extra illud periculum, maxime cūm raro videamus, ex hac occasione periclitari cōfessarios; præsertim quādo audiunt peste affectos extra hospitale.

De reliquis casibus pertinentibus ad pestem,

pestem, vide latè Episcopum Lauretanum
in tract. de hac materia, ubi latè exami-
nat, qui, & quando teneantur ministrare
Sacra menta peste infectis, & Suarez 3. p.
tom. 4. dispu. 44. sec. 3. Sat sit nunc scire,
ad id teneri Parochios, posse que eos com-
pelli ab Episcopo, ne absint à suis officijs.
Ut docent Caet. I. 2. q. 26. a. 4. Bañez. 2.
2. q. 4. a. 1. dub. vltimo, conclus. 3. ibidem
Arag. q. 62. a. 3. in 4. arg. dict. 1. Cord. de
casibus, q. 1. versiculo, Desta razon. Sot.
lib. I. de Iustitia. q. 6. a. 4. & relectione de-
tegendo secreto, mem. 3. q. 4. conclus. 1.
resp. 3. & in 4. d. 22. q. 1. a. 4. col. antepe-
nultima, & dist. 29. q. 1. a. 2. col. vltima. &
Rodr. tom. I. sum. cap. 194. concl. 4.

Dico vltimo, in periculo mortis si quis 14
non potest secretò confiteri, potest id fa-
cere coram alijs, etiam si sint multi. Et
idem est de pariéte, & de periclitantibus
in naufragio, bello, vel incendio; cùm nō
esset locus, ut possint sigillatim audiiri.
Idem est de infectis peste, quos expedit à
loco distante audiiri. Nau. cap. 2. n. 5. Angl.

Con-

Decissio Casuum Art. Mort.

Cófessio. i. n. 29. ibidem Silu. q. 20. n. 23.
Arv. il n. 24. Enr. lib. 5. sum cap. 3. nu. 8.
Patet, quia licitum est publicè confiteri,
propter utilitatem, ut Trid. sess. i 4. cap.
5. Ergo magis propter necessitatem, quæ
caret lege. Idem credo dicendum esse de
surdo, quando non posset solus audiri.

15 Not. i hominem non teneri sic confi-
teri, saltem extra articulum mortis; nam
in illo verius est teneri confiteri coram
vno, vel altero, qui sint obseruatores se-
creti, si non posset aliter. Suar. 3. p. to. 4.
disp. 36. sec. 6. n. 5.

Sicut etiam licetè quis fatetur per in-
terpretē, secundūm omnes; non tamē
sic, id est, per interpretē, tenetur cófiteri
extra illum articulum, secundūm cōmu-
nem sententiam: & ita confessarius di-
cāt pœnitenti, an velit coram alijs confi-
teri.

16 Not. 2. audientes confessionem publi-
cam infirmi, esse monēdos diligenter de
obligatione arctissima, quam habent ser-
uandi secretum de illis, quæ audierint.

Nota

Nota 3. peccata scandalosa confessio-
nis publicæ, quæ inducerent ad peccata
audientes, posse omitti; secundum regu-
las scandali. Item possent omitti ea, quæ
pœnitēs timeret probabilit̄ divulgā-
da esse ab audientibus; ve ex quibus ali-
quod damnū sibi probabiliter timeret;
cum obligatione tamen dicendi omissa,
quamprimum commode potuerit. Sot.
in 4.d. 18.q.2.a.5.arg 3.in fine.Nau.cap.
7.n.3.Gaiet.verb.Confessio,conditione
10.fine.Ar mil.verb.Circunstantia. n.11.
P.Sot.ledti.10.de cōfessione, in princip.
Cord.lib.de casib.q.1.fol.1.Lud.Lopez
1.p.sum.cap.27.q.vlta Enr. ffd.4.iūm.
cap.4.n.5.& lib.5.cap.12.n.6.ImmōSua.
suprà dicit nō teneri omnia confiteri co-
rā alijs, sed sufficere dicere, quæ sunt mi-
noris infamia; quia aliud ēsset nīmis dif-
ficile.

EX DVBIO. VII.

Quæ tenetur confessarius rogare pœnitentem.

n.1.

Quando etiam posset non rogare. n.2. C.3.

Nob

Decisio Casuum Art. Mortis.

- 4 Non omnia ab omnibus roganda sunt; sed juxta statum cuiusq;; nec grauiSSima, nisi pro ut fuerit suspicio, quod ea pœnitentis comiserit ex circumstantijs personæ; vel ex dictis in ipsa confessione. n. 4.
- 5 Peccata occultiora prudenter roganda sunt; & quo modo. n. 5.
- 6 Quo modorrogandæ sint pollutiones à pueris, vel puellis. n. 6. Tutius est eas rogare, prudenter tamen, quam non rogare; ne eas ex verecundia omittant, & sacrilegè (ut aliquando solet) recipiant multo tempore Sacra menta. ibi.
- 7 Aquibüs roganda sit Doctrina Christiana. n. 7. Non tenetur confessarius esse diligentior in rogando pœnitentem, quam debeat esse ipse pœnitens in se examinando. n. 8.
- 9 Pœnitens tenetur esse diligens, sed non diligenter; in se examinando. n. 9. Idem de confessario in interrogando. ibi. Etiam si propterea ex obliuione omitteda sint aliqua peccata. ibi.
- 10 Non tenetur confessarius esse nimis exactus in rogandis circumstantijs tantum agravantiibus intra eamdem speciem; maxime in veneris. n. 10. Tantum tenetur quis confitericircumstantijs

Cap. IIII. de Pœnitent. Dub. VII. 153

cunctias manifestè aggrauantes notabili-
ter; non autem alias aggrauantes intrà eandē
speciem. ibi.

Quomodo examinandus sit numerus peccatorū II
in confessione. nu. II.

Quæ sint roganda in principio confessionis. nu. 12
12. Q. 13.

Maxima habenda cura; ut veritas in confessio- 13
ne dicatur; maximè à personis suspectis, qua-
les sunt pueri, fœminæ, &c. Quomodo id sit
præstandum. nu. 13.

Quæ roganda sint circa. I. præceptum. n. 14. Cir-
ca. 2. n. 15. 16. Q. 17. Circa. 3. n. 18. Circa. 4. I - 9
n. 19. Q. 20.

Confessarius & examinet pœnitentem de con-
scientijs erroneis, in præteritum, & tollat in fu-
turum, docendo veritatem. n. 21.

Circa. 5. n. 22. Circa. 6. n. 23. Circa. 7. n. 24. Q. 22
25. Circa. 8. n. 26. Q. 27. rogāda sunt præte- 23
reà, quæ fuerint necessaria juxta statum Pœ- 23
nitentis. n. 28.

Inspitiendū aliud interrogatoriū longius. ibi. Om-
nes Parochi deberent habere Memoriale ad Pa-
rochos. D. Frācisci Blāco Archie. Compost. ibi.

Decissio Casuum Art. Mortis.

DUBIUM. VII.

QV AE TENEATVR CON-
fessarius interrogare pœnitentem.

VTISVM Eſt de hoc trahere du-
bio præſenti; vt quilibet Sacer-
dos poffit pro articulo mortis ha-
bere inſtruſionē ad examen pœnitētis.

Dico 1. Confessarius tenetur sub pec-
cato mortali rogar eam pœnitentem ea, que
omittere creditur ex verecundia, velex
ignorantia. ita D. Aug. de Pœnitentia. d.
6. cap. 1. §. Diligens, & omnes Doctores.

~~Frobatur~~, quia aliter confessarius non co-
gnoscet, nec judicabit bene pœnitente.

Dico 2. si confessarius credat pœniten-
tētē non omittere peccata ex verecundia,
velex ignorantia, non eſt cur eum roget,
ſed potest præſumere, vel non comiſſe
alii à confessis, vel dixisse illa in alia con-
fessione. Nau. cap. 5. n. 2. Angel. verb. In-
terrogationes, in princip. & Silu. Confel.

3. q. 14. n. 17. & patet ex dicto. 1.

3. Vnde ſequitur, 1. non eſſe cur rogetur
ulterius

ulterius ille, qui bono iudicio præditus,
 & diligentि præmeditatione paratus, ex-
 plicat per se sufficienter peccata: ita Sot.
 d. 18. q. 2. a. 4. versiculo, Igitur: nisi tamen
 clarè, aut nimis probabiiter constet, ali-
 quid necessarium ab illo in sua confes-
 sione omitti.

Sequitur 2. nō esse omnia ab omnibus 4
 roganda; sed ea ab uno quoque petenda
 esse, quæ homines ejusdem qualitatis, &c.
 officij solent committere: ita omnes, &
 propter ex confessione ipsius pœnitentis
 habetur suspicio de aliquo peccato, maxi-
 mè grauissimo, rogandus ac meminitur,
 non aliâs: sicut fit in iudicio exteriore.

Quare non roget pœnitentem, an fuerit
 hæreticus, vel veneficus, blasphemus, so-
 domita; & alia hujusmodi: nisi prius pœ-
 nitentis confessio, vel qualitas suspicione
 de aliquo dictoru attulerit cōmisisse. Pro-
 batur, quia aliter, & meritò exasperantur
 pœnitentes, si ab eis crimina turpisima ro-
 gentur, quæ nō nisi perditissimi homines
 cōmittunt; maximè quia hec ipsi pœnitē-

Decisio Casuum Art. Mortis.

tes, etiā nō rogati solent explicare, quando ea commiserunt.

5 Idē est de peccatis occultioribus, quae non sunt roganda, vel ita prudenter: ut dici queant à pœnitentibus: & ipsi nequeant edoceri: vt benè notat, Nau.cap. 5.n.3. Incipiat ergo confessarius à minoribus culpis alicujus speciei, verbi gratia. Luxuriae, an negligens fuerit in rejiciendis cogitationibus turpibus: si negaverit: non procedat ulterius rogādo de illa specie; si verò affirmaverit: roget de verbis turpibus; deinde de tactibus levioribus, ~~et~~ ~~in~~ ~~modestate~~ ~~suspicionis~~ datæ, progradientur amplius rogando.

6 Idq; maximè necessarium est, in exainādis pollutionibus puerorū, & pueris ~~etiam~~ sapientia contingit ex ignorantia culpabili, nata ex verecundia, faciant confessiones in validas, & recipiant indignè Sacram Eucharistiam. Et quidem tutius est facere inquisitionem necessariam, cautè tamen: quia experientia docet plures deficere ex verecundia in veritate

ritate dicenda, quam cognoscunt, quam
in illa cognoscenda, ut testatur Gerson.
2. p. tractatu. de Arte cognoscendi con-
fessiones, consideratione. 14. fol. 181. ma-
xime consideratione. 17. & 20. & ex pro-
fesso tract. sequenti: ex Sententia cuius-
dem magistri experti, vel saltem ex igno-
rantia crassa pollutiones committere, &
eas omittere in confessione. Qui tamen
certi, & edocti de veritate harum pollu-
tionum, abstinent ab illis.

Idem est de Doctrina Christiana, quæ
non est roganda, nisi ab ijs, qui proba-
biliter creduntur eam ignorare. ut sunt
pueri, rustici, & mancipia: Non vero ab
hominibus polyticis, nec à frequentan-
tibus conciones, nec à confitentibus fré-
quenter, nec à viris pijs. & doctis. si ex
speciali circunstantia adhuc esset pro-
babilis suspicio de ignorantia. Ita Cues-
ta Episcopus Legion. & aliqui viri docti.

Sequitur. 3. & vltimò, non debere con-
fessarium esse magis diligentem in ro-
gando: quam teneatur esse pœnitens

Decisio Casuum Art. Mortis.

in se examinando. Patet quia confessarius supplet defectum diligentiae pœnitentis. Secundo, quia examine, & interrogatione, tantum intenditur integritas confessionis; maximè, quia examen molestat pœnitentem; interrogatio autem, & confessarium, & pœnitentem.

9 Vnde, sicut pœnitens non tenetur esse diligentissimus in se examinando; benè tamen diligens: Ita & confessarius debet esse diligens in examinando, & interrogando; non autē exactissimus, licet credat propterea pœnitentē omissurū aliqua peccata ex oblivione: ut de examine ipsius pœnitentis hoc expressè docent Cano. Relectione de Pœnitentia. p. 9. fol. 107. in parvo Volumine. Alciceri in summi. cap. 10. Docttin. 4. fol. 35. Soto. dict. 18. qualit. 2. artic. 4. conclus. 2. Victo. summ. q. 178. Angles. 1. p. in. 4. q. 3. de Confessione. art. 4. diffic. 2. & Enrr. lib. 5. sum. cap. 4. n. 1.

10 Et ita non tenetur esse nimis exactus confessarius in rogandis circumstantijs aggra-

aggravantibus intrà eamdem speciem:
maximè in peccatis veneris: quia rarò
gravant notabiliter manifestè. Quid re-
quiritur: ut hujuscemodi circumstantiæ
sint necessariò cōfitendæ. Ut docēt Sot.
in. 4. dist. 18. q. 2. artic. 4. conclu. 7. Et Al-
tifiod. lib. 4. tract. 6. cap. 3. quæst. 3. ad. 1.
Et planè Cajetan. tom. I. Opusculorum.
tractat. 5. de confessione. q. 3. & Gabri. 4.
dist. 17. q. 1. art. 2. conclu. 4. præter Do-
ctores, qui vñiversaliter negant dictas cir-
cumstantias esse necessariò confitendas;
qui hoc modo intelligendi sunt. Nam
aliter falsum dicunt: & sic conciliandæ
sunt extrema sententia de hoc.

Item sat est, vt crasso, licet sufficien-
temmodo cognoscat commissarius nume-
rum peccatorum: nec sit exactissimus
in eo rogando. Ita vt grande ingérat
fastidium pœnitenti. Cajetan. tom. I.
Opusculorum. tractatu. 5. de Confessio-
ne. quæst. 5. versicul. Circà numerum.
Victoria suprà. Angles suprà difficulta-
te. 2. appendi. 5. Polan. capit. 2. fol. 30.

Decissio Casuum Arti Mortis.

Armill. Cofessor. n. 3. Gerson. 2. p. fo. 193.
col. 1. P. Sot. de Confessione. lectione 9.
versiculo, Primū, & communis. Ita ta-
men ut non sit negligens in rogando nu-
merum sufficienter per dies, hebdoma-
das, mēses, vel annos, meliori modo, quo
commodè possit; quid autem sit speciale
in hoc, quando pœnitens est in articulo
mortis; est visum sup. dub. præced. dict. 2.

INTERROGATORIUM

pro Confessione.

1. PRIMO. Confessarius roget pœnitentem,
et quo tempore non fit confessus,
ut per menses, hebdomadas, vel dies post
cā numerum exāminet.

2. An impluerit pœnitentiam impo-
sitam, ut tam mitigeret; vel habita illius ra-
tione, procedat in noua imponenda. Po-
terit etiam cūm primū quis sibi fateretur,
rogare, an sit satisfactus de prēteritis con-
fessionibus: maximē, an pueri, vel puellæ,
vel mancipia, vel similes aliquid ex vere
cundia

cundia omiserint in aliqua confessione. Premissa antè omnia exortatione ad declarandam veritatem, quę semper in hujusmodi personis suauiter, & magna cum bencvolentiae significatione præmittatur. Et expectetur responsio. Solet enim id, si placidè fiat, multum prodesse, ut veritas aperiatur.

Circa primum præceptū nihil roget, nisi modo dicto in coroll. 2.

Circa secundum, roget de juramentis tria: an falsò scienter juraverit, verbi gratia, ad se excusandum. Item, an in dubio, scienter, vel indeliberatè. Item, an in contando, sine intentione adimplendi, vel cum illa, quod malum fuerit minitatus. Item, an juramento affirmaverit id, quo erat peccatum mortale: verbi gratia, si dixit cum juramento peccatum graue, vel defectum grauem proximi occultū, vel si juraverit facere aliquod peccatum mortale: ut fornicari, vel furari.

Secundò, roget de votis, & juramentis promissorijs, an ea impleuerit.

Decisiō Casuum Art. Mortis.

- 17 Tertiō, roget de blasphemījs, sed modo dīcto, coroll. secundo.
- 18 Circa Tertium, roget de auditione Sacri, obseruatione festorum, jejuniorum, & reliquorum præceptorum Ecclesiæ, tā à scip̄o; quā à domesticis, qui post septenū sunt sub eius cura. De præceptis Dei positiuis, iuxta coroll. 2. vt de Cōfessione fidei ab eo, qui fuit inter infideles, &c.
- 19 Circa Quartū, roget de injuriosis verbis contra maiores; vel de inobedientia, in re valdē graui. Item maiores, an defuerint curz̄ suorum, tām in temporalibus, quā in spiritualibus. scilicet, in doctrina Christiana, & mysterijs nostræ Fidei descendis, vel improhibēdis à peccatis, &c.
- 20 Huc refertur negligentia in elemosynā spirituali, vt de correctione fraterna, vel temporali; sed iuxta corollarium secundum pro qualitate personarum.
- Nota etiā in præceptis prædictis, s̄apē peccari ex cōsciētia erronea, credēdo es se peccatū mortale, q̄ nō est; vt jurando verè; & ideo debet cōfessarius, & tollere

prædictas conscientias erroneas in futu-
rum, & examinare numerum præterita-
rum; & docere de illis ignorantibus.

Circa Quintū roget, an se dānificauerit,
vel alios in corpore, vel in refamiliari, vel
in honore; vel se objecerit fine justa cau-
sa probabili periculo dāni. Itē an verbis
contumeliosis affecerit, vel malū deside-
rauerit: & quod malū: & si doluetit aduer-
tenter de bono proximi, vel cōplacuerit
de ejus malo: & qđ fuerit tale malū. Deni
q; d̄ maledictionib⁹; & si cū intētione; &
an subito, vel aduertenter; & qđ malū im-
precatus est, si cū intētione maledixerit.

Circa Sextū roget de operibus turpib⁹,
de tactibus secum, vel cum alijs; cum in-
tentione perniciēdī opus; vel sine illa: Itē
de pollutionibus nocturnis, præm̄; &
maximē de diurnis, vel de periculo illa-
rum. De verbis turpibus, quibus se vel a-
lium iactat, vel prouocat ad peccandum
alijs, vel alias. Item de mandatis, vel
shedulis, quos misit, & si tertijs missis
fuit occasio consentiendi in peccata, in
quibus

Decissio Casuum Art. Mortis.

quibus interveniebant. Item de concubinatu in re, vel in desiderio, & cooperatione, qua alijs cooperati sunt in his turpibus. Denique de desiderijs, vel de complacentijs de præteritis peccatis turpibus: & quæ, & quot fuerint hujusmodi peccata, de quibus complacebat. Et an cum animo redundi ad illa; rogatis in his omnibus tam circa tertium, cui ipsi fuerunt occasio peccandi; quam circum personam, cum qua, re vel mente peccaverunt, necessarijs circumstantijs, sacrilegijs, scilicet, incæstus, adulterij, stuprij, & contrà naturam. Item tempore lodo; vel numero personarum, & alijs, si quæ sunt hujusmodi circumstantiæ, notabiliter aggravantes manifeste.

¶ *C*onfessio roget de debitibus, maxime de Decimis, & an injuste, & infideliter munus suum præstiterit, vnde teneatur aliquid restituere.

¶ De ludis autem, & an fuerit occasio peccandi sibi subditis; saltem permitto, cum possit prohibere, vel alijs, roget iuxta

iuxta coroll. secūdum pro qualitate per-
sonarum, vt à Iudicibus, & habentibus
familiam; & de Scribis, &c.

Circa octavū, roget ē detractionibus; 26
& quid dixerit; & de falsis testimonijs.

Poterit etiam rogare de judicijs teme 27
rarijs, & de reuelatione secretorum iuxta
coroll. secundum.

Poterit præterea rogare, quæ viderit 28
esse necessaria, vel iuxta statum confiten-
tis, vel ex præterita interrogacione. Op'
etiam erit videre aliquoties aliud Inter-
rogatorium longius in B. de Medi. libr. i.
sum. cap. 16. ~~8-9~~ ap. 7. veritatis
cocer. à cap. 25. usq; ad 32. vel Interroga-
torium D. Christop. Bojas Episc^o
pi Cordubs. Item in Blanco Memoriare
ad Paroch. ~~8-9~~ ad hoc locum inspi-
cere, & obseruare diligenter deberet) &
deniq: Polancū in Direct. cōfes. à pag. 55.

EX DUBIO. VIII.

Aliqui negāt imponendā esse Pæniā. in articulo
mortis, quādo pænitēs est in ept' admīpēdo. n. i.

Decisio Casuum Art. Mort.

2. Semper est imponenda Pœnitentia morienti; salte modica, & quomodo id sit præstandū. n. 2.
3. Imponat autem, non tantum implendam modicam statim in illo statu, sed etiam majorem implendam post plenissimam valetudinem, si forte conualuerit. n. 3.

DVBIVM. VIII.

V. CONFESSARIUS TESTE neatur imponere Pœnitentiam in articulo mortis.

Vidam negāt, quando non est
possit ad faciendam
aliquam. Ita Nau. cap. 26. nu.
21. Armil. v. ~~S. Confessarii~~

S. Victo. de Pœnitē. q. 121. Enr. lib. 5.
sum. cap. 21. n. 1. ~~ad dñe~~, tunc decere
quidē imponete aliquā, licet modicam.

Respondetur tamē, nunquā posse cōtingere casum, in quo confessarius non
teneatur morienti, qui tunc cōfitetur im-
ponere aliquam Pœnitentiā saltem mo-
dicā. Probatur, quia semper infirmus po-
test

est implere aliquā Pœnitentiam tunc, scilicet, ut recitet vnam Ave Maria, vel invocet nōmē Iesu aliquoties, vel faciat dare aliquid Eleemosynæ. Licet non sint gravandi tunc infirmi gravi Pœnitentia; seu molesta, quæ statim adimplenda sit; loco ejus ponantur labores infirmitatis sine nova obligatione.

Debet tamen cōfessariū illi imponere, ut si convaluerit implete talem Pœnitentiam accommodatam peccatorum gravitati, & qualitati personæ, adimplēdam tamen post plenissimam convalescētiam. Ita ~~Dicitur~~ ¹¹ Enrr.sup. & colligi. ~~Explanatio~~ ¹² fol. 11. Sip. Palu.in. 4 d. 2 t. 2. 2. conc. vlt. B. de Medi. li. 2. sup. cap. vlt. fol. ¹³ 11. ¹⁴ 11. ¹⁵ 11. ¹⁶ 11. ¹⁷ 11. ¹⁸ 11. ¹⁹ 11. ²⁰ 11. ²¹ 11. ²² 11. ²³ 11. ²⁴ 11. ²⁵ 11. ²⁶ 11. ²⁷ 11. ²⁸ 11. ²⁹ 11. ³⁰ 11. ³¹ 11. ³² 11. ³³ 11. ³⁴ 11. ³⁵ 11. ³⁶ 11. ³⁷ 11. ³⁸ 11. ³⁹ 11. ⁴⁰ 11. ⁴¹ 11. ⁴² 11. ⁴³ 11. ⁴⁴ 11. ⁴⁵ 11. ⁴⁶ 11. ⁴⁷ 11. ⁴⁸ 11. ⁴⁹ 11. ⁵⁰ 11. ⁵¹ 11. ⁵² 11. ⁵³ 11. ⁵⁴ 11. ⁵⁵ 11. ⁵⁶ 11. ⁵⁷ 11. ⁵⁸ 11. ⁵⁹ 11. ⁶⁰ 11. ⁶¹ 11. ⁶² 11. ⁶³ 11. ⁶⁴ 11. ⁶⁵ 11. ⁶⁶ 11. ⁶⁷ 11. ⁶⁸ 11. ⁶⁹ 11. ⁷⁰ 11. ⁷¹ 11. ⁷² 11. ⁷³ 11. ⁷⁴ 11. ⁷⁵ 11. ⁷⁶ 11. ⁷⁷ 11. ⁷⁸ 11. ⁷⁹ 11. ⁸⁰ 11. ⁸¹ 11. ⁸² 11. ⁸³ 11. ⁸⁴ 11. ⁸⁵ 11. ⁸⁶ 11. ⁸⁷ 11. ⁸⁸ 11. ⁸⁹ 11. ⁹⁰ 11. ⁹¹ 11. ⁹² 11. ⁹³ 11. ⁹⁴ 11. ⁹⁵ 11. ⁹⁶ 11. ⁹⁷ 11. ⁹⁸ 11. ⁹⁹ 11. ¹⁰⁰ 11. ¹⁰¹ 11. ¹⁰² 11. ¹⁰³ 11. ¹⁰⁴ 11. ¹⁰⁵ 11. ¹⁰⁶ 11. ¹⁰⁷ 11. ¹⁰⁸ 11. ¹⁰⁹ 11. ¹¹⁰ 11. ¹¹¹ 11. ¹¹² 11. ¹¹³ 11. ¹¹⁴ 11. ¹¹⁵ 11. ¹¹⁶ 11. ¹¹⁷ 11. ¹¹⁸ 11. ¹¹⁹ 11. ¹²⁰ 11. ¹²¹ 11. ¹²² 11. ¹²³ 11. ¹²⁴ 11. ¹²⁵ 11. ¹²⁶ 11. ¹²⁷ 11. ¹²⁸ 11. ¹²⁹ 11. ¹³⁰ 11. ¹³¹ 11. ¹³² 11. ¹³³ 11. ¹³⁴ 11. ¹³⁵ 11. ¹³⁶ 11. ¹³⁷ 11. ¹³⁸ 11. ¹³⁹ 11. ¹⁴⁰ 11. ¹⁴¹ 11. ¹⁴² 11. ¹⁴³ 11. ¹⁴⁴ 11. ¹⁴⁵ 11. ¹⁴⁶ 11. ¹⁴⁷ 11. ¹⁴⁸ 11. ¹⁴⁹ 11. ¹⁵⁰ 11. ¹⁵¹ 11. ¹⁵² 11. ¹⁵³ 11. ¹⁵⁴ 11. ¹⁵⁵ 11. ¹⁵⁶ 11. ¹⁵⁷ 11. ¹⁵⁸ 11. ¹⁵⁹ 11. ¹⁶⁰ 11. ¹⁶¹ 11. ¹⁶² 11. ¹⁶³ 11. ¹⁶⁴ 11. ¹⁶⁵ 11. ¹⁶⁶ 11. ¹⁶⁷ 11. ¹⁶⁸ 11. ¹⁶⁹ 11. ¹⁷⁰ 11. ¹⁷¹ 11. ¹⁷² 11. ¹⁷³ 11. ¹⁷⁴ 11. ¹⁷⁵ 11. ¹⁷⁶ 11. ¹⁷⁷ 11. ¹⁷⁸ 11. ¹⁷⁹ 11. ¹⁸⁰ 11. ¹⁸¹ 11. ¹⁸² 11. ¹⁸³ 11. ¹⁸⁴ 11. ¹⁸⁵ 11. ¹⁸⁶ 11. ¹⁸⁷ 11. ¹⁸⁸ 11. ¹⁸⁹ 11. ¹⁹⁰ 11. ¹⁹¹ 11. ¹⁹² 11. ¹⁹³ 11. ¹⁹⁴ 11. ¹⁹⁵ 11. ¹⁹⁶ 11. ¹⁹⁷ 11. ¹⁹⁸ 11. ¹⁹⁹ 11. ²⁰⁰ 11. ²⁰¹ 11. ²⁰² 11. ²⁰³ 11. ²⁰⁴ 11. ²⁰⁵ 11. ²⁰⁶ 11. ²⁰⁷ 11. ²⁰⁸ 11. ²⁰⁹ 11. ²¹⁰ 11. ²¹¹ 11. ²¹² 11. ²¹³ 11. ²¹⁴ 11. ²¹⁵ 11. ²¹⁶ 11. ²¹⁷ 11. ²¹⁸ 11. ²¹⁹ 11. ²²⁰ 11. ²²¹ 11. ²²² 11. ²²³ 11. ²²⁴ 11. ²²⁵ 11. ²²⁶ 11. ²²⁷ 11. ²²⁸ 11. ²²⁹ 11. ²³⁰ 11. ²³¹ 11. ²³² 11. ²³³ 11. ²³⁴ 11. ²³⁵ 11. ²³⁶ 11. ²³⁷ 11. ²³⁸ 11. ²³⁹ 11. ²⁴⁰ 11. ²⁴¹ 11. ²⁴² 11. ²⁴³ 11. ²⁴⁴ 11. ²⁴⁵ 11. ²⁴⁶ 11. ²⁴⁷ 11. ²⁴⁸ 11. ²⁴⁹ 11. ²⁵⁰ 11. ²⁵¹ 11. ²⁵² 11. ²⁵³ 11. ²⁵⁴ 11. ²⁵⁵ 11. ²⁵⁶ 11. ²⁵⁷ 11. ²⁵⁸ 11. ²⁵⁹ 11. ²⁶⁰ 11. ²⁶¹ 11. ²⁶² 11. ²⁶³ 11. ²⁶⁴ 11. ²⁶⁵ 11. ²⁶⁶ 11. ²⁶⁷ 11. ²⁶⁸ 11. ²⁶⁹ 11. ²⁷⁰ 11. ²⁷¹ 11. ²⁷² 11. ²⁷³ 11. ²⁷⁴ 11. ²⁷⁵ 11. ²⁷⁶ 11. ²⁷⁷ 11. ²⁷⁸ 11. ²⁷⁹ 11. ²⁸⁰ 11. ²⁸¹ 11. ²⁸² 11. ²⁸³ 11. ²⁸⁴ 11. ²⁸⁵ 11. ²⁸⁶ 11. ²⁸⁷ 11. ²⁸⁸ 11. ²⁸⁹ 11. ²⁹⁰ 11. ²⁹¹ 11. ²⁹² 11. ²⁹³ 11. ²⁹⁴ 11. ²⁹⁵ 11. ²⁹⁶ 11. ²⁹⁷ 11. ²⁹⁸ 11. ²⁹⁹ 11. ³⁰⁰ 11. ³⁰¹ 11. ³⁰² 11. ³⁰³ 11. ³⁰⁴ 11. ³⁰⁵ 11. ³⁰⁶ 11. ³⁰⁷ 11. ³⁰⁸ 11. ³⁰⁹ 11. ³¹⁰ 11. ³¹¹ 11. ³¹² 11. ³¹³ 11. ³¹⁴ 11. ³¹⁵ 11. ³¹⁶ 11. ³¹⁷ 11. ³¹⁸ 11. ³¹⁹ 11. ³²⁰ 11. ³²¹ 11. ³²² 11. ³²³ 11. ³²⁴ 11. ³²⁵ 11. ³²⁶ 11. ³²⁷ 11. ³²⁸ 11. ³²⁹ 11. ³³⁰ 11. ³³¹ 11. ³³² 11. ³³³ 11. ³³⁴ 11. ³³⁵ 11. ³³⁶ 11. ³³⁷ 11. ³³⁸ 11. ³³⁹ 11. ³⁴⁰ 11. ³⁴¹ 11. ³⁴² 11. ³⁴³ 11. ³⁴⁴ 11. ³⁴⁵ 11. ³⁴⁶ 11. ³⁴⁷ 11. ³⁴⁸ 11. ³⁴⁹ 11. ³⁵⁰ 11. ³⁵¹ 11. ³⁵² 11. ³⁵³ 11. ³⁵⁴ 11. ³⁵⁵ 11. ³⁵⁶ 11. ³⁵⁷ 11. ³⁵⁸ 11. ³⁵⁹ 11. ³⁶⁰ 11. ³⁶¹ 11. ³⁶² 11. ³⁶³ 11. ³⁶⁴ 11. ³⁶⁵ 11. ³⁶⁶ 11. ³⁶⁷ 11. ³⁶⁸ 11. ³⁶⁹ 11. ³⁷⁰ 11. ³⁷¹ 11. ³⁷² 11. ³⁷³ 11. ³⁷⁴ 11. ³⁷⁵ 11. ³⁷⁶ 11. ³⁷⁷ 11. ³⁷⁸ 11. ³⁷⁹ 11. ³⁸⁰ 11. ³⁸¹ 11. ³⁸² 11. ³⁸³ 11. ³⁸⁴ 11. ³⁸⁵ 11. ³⁸⁶ 11. ³⁸⁷ 11. ³⁸⁸ 11. ³⁸⁹ 11. ³⁹⁰ 11. ³⁹¹ 11. ³⁹² 11. ³⁹³ 11. ³⁹⁴ 11. ³⁹⁵ 11. ³⁹⁶ 11. ³⁹⁷ 11. ³⁹⁸ 11. ³⁹⁹ 11. ⁴⁰⁰ 11. ⁴⁰¹ 11. ⁴⁰² 11. ⁴⁰³ 11. ⁴⁰⁴ 11. ⁴⁰⁵ 11. ⁴⁰⁶ 11. ⁴⁰⁷ 11. ⁴⁰⁸ 11. ⁴⁰⁹ 11. ⁴¹⁰ 11. ⁴¹¹ 11. ⁴¹² 11. ⁴¹³ 11. ⁴¹⁴ 11. ⁴¹⁵ 11. ⁴¹⁶ 11. ⁴¹⁷ 11. ⁴¹⁸ 11. ⁴¹⁹ 11. ⁴²⁰ 11. ⁴²¹ 11. ⁴²² 11. ⁴²³ 11. ⁴²⁴ 11. ⁴²⁵ 11. ⁴²⁶ 11. ⁴²⁷ 11. ⁴²⁸ 11. ⁴²⁹ 11. ⁴³⁰ 11. ⁴³¹ 11. ⁴³² 11. ⁴³³ 11. ⁴³⁴ 11. ⁴³⁵ 11. ⁴³⁶ 11. ⁴³⁷ 11. ⁴³⁸ 11. ⁴³⁹ 11. ⁴⁴⁰ 11. ⁴⁴¹ 11. ⁴⁴² 11. ⁴⁴³ 11. ⁴⁴⁴ 11. ⁴⁴⁵ 11. ⁴⁴⁶ 11. ⁴⁴⁷ 11. ⁴⁴⁸ 11. ⁴⁴⁹ 11. ⁴⁵⁰ 11. ⁴⁵¹ 11. ⁴⁵² 11. ⁴⁵³ 11. ⁴⁵⁴ 11. ⁴⁵⁵ 11. ⁴⁵⁶ 11. ⁴⁵⁷ 11. ⁴⁵⁸ 11. ⁴⁵⁹ 11. ⁴⁶⁰ 11. ⁴⁶¹ 11. ⁴⁶² 11. ⁴⁶³ 11. ⁴⁶⁴ 11. ⁴⁶⁵ 11. ⁴⁶⁶ 11. ⁴⁶⁷ 11. ⁴⁶⁸ 11. ⁴⁶⁹ 11. ⁴⁷⁰ 11. ⁴⁷¹ 11. ⁴⁷² 11. ⁴⁷³ 11. ⁴⁷⁴ 11. ⁴⁷⁵ 11. ⁴⁷⁶ 11. ⁴⁷⁷ 11. ⁴⁷⁸ 11. ⁴⁷⁹ 11. ⁴⁸⁰ 11. ⁴⁸¹ 11. ⁴⁸² 11. ⁴⁸³ 11. ⁴⁸⁴ 11. ⁴⁸⁵ 11. ⁴⁸⁶ 11. ⁴⁸⁷ 11. ⁴⁸⁸ 11. ⁴⁸⁹ 11. ⁴⁹⁰ 11. ⁴⁹¹ 11. ⁴⁹² 11. ⁴⁹³ 11. ⁴⁹⁴ 11. ⁴⁹⁵ 11. ⁴⁹⁶ 11. ⁴⁹⁷ 11. ⁴⁹⁸ 11. ⁴⁹⁹ 11. ⁵⁰⁰ 11. ⁵⁰¹ 11. ⁵⁰² 11. ⁵⁰³ 11. ⁵⁰⁴ 11. ⁵⁰⁵ 11. ⁵⁰⁶ 11. ⁵⁰⁷ 11. ⁵⁰⁸ 11. ⁵⁰⁹ 11. ⁵¹⁰ 11. ⁵¹¹ 11. ⁵¹² 11. ⁵¹³ 11. ⁵¹⁴ 11. ⁵¹⁵ 11. ⁵¹⁶ 11. ⁵¹⁷ 11. ⁵¹⁸ 11. ⁵¹⁹ 11. ⁵²⁰ 11. ⁵²¹ 11. ⁵²² 11. ⁵²³ 11. ⁵²⁴ 11. ⁵²⁵ 11. ⁵²⁶ 11. ⁵²⁷ 11. ⁵²⁸ 11. ⁵²⁹ 11. ⁵³⁰ 11. ⁵³¹ 11. ⁵³² 11. ⁵³³ 11. ⁵³⁴ 11. ⁵³⁵ 11. ⁵³⁶ 11. ⁵³⁷ 11. ⁵³⁸ 11. ⁵³⁹ 11. ⁵⁴⁰ 11. ⁵⁴¹ 11. ⁵⁴² 11. ⁵⁴³ 11. ⁵⁴⁴ 11. ⁵⁴⁵ 11. ⁵⁴⁶ 11. ⁵⁴⁷ 11. ⁵⁴⁸ 11. ⁵⁴⁹ 11. ⁵⁵⁰ 11. ⁵⁵¹ 11. ⁵⁵² 11. ⁵⁵³ 11. ⁵⁵⁴ 11. ⁵⁵⁵ 11. ⁵⁵⁶ 11. ⁵⁵⁷ 11. ⁵⁵⁸ 11. ⁵⁵⁹ 11. ⁵⁶⁰ 11. ⁵⁶¹ 11. ⁵⁶² 11. ⁵⁶³ 11. ⁵⁶⁴ 11. ⁵⁶⁵ 11. ⁵⁶⁶ 11. ⁵⁶⁷ 11. ⁵⁶⁸ 11. ⁵⁶⁹ 11. ⁵⁷⁰ 11. ⁵⁷¹ 11. ⁵⁷² 11. ⁵⁷³ 11. ⁵⁷⁴ 11. ⁵⁷⁵ 11. ⁵⁷⁶ 11. ⁵⁷⁷ 11. ⁵⁷⁸ 11. ⁵⁷⁹ 11. ⁵⁸⁰ 11. ⁵⁸¹ 11. ⁵⁸² 11. ⁵⁸³ 11. ⁵⁸⁴ 11. ⁵⁸⁵ 11. ⁵⁸⁶ 11. ⁵⁸⁷ 11. ⁵⁸⁸ 11. ⁵⁸⁹ 11. ⁵⁹⁰ 11. ⁵⁹¹ 11. ⁵⁹² 11. ⁵⁹³ 11. ⁵⁹⁴ 11. ⁵⁹⁵ 11. ⁵⁹⁶ 11. ⁵⁹⁷ 11. ⁵⁹⁸ 11. ⁵⁹⁹ 11. ⁶⁰⁰ 11. ⁶⁰¹ 11. ⁶⁰² 11. ⁶⁰³ 11. ⁶⁰⁴ 11. ⁶⁰⁵ 11. ⁶⁰⁶ 11. ⁶⁰⁷ 11. ⁶⁰⁸ 11. ⁶⁰⁹ 11. ⁶¹⁰ 11. ⁶¹¹ 11. ⁶¹² 11. ⁶¹³ 11. ⁶¹⁴ 11. ⁶¹⁵ 11. ⁶¹⁶ 11. ⁶¹⁷ 11. ⁶¹⁸ 11. ⁶¹⁹ 11. ⁶²⁰ 11. ⁶²¹ 11. ⁶²² 11. ⁶²³ 11. ⁶²⁴ 11. ⁶²⁵ 11. ⁶²⁶ 11. ⁶²⁷ 11. ⁶²⁸ 11. ⁶²⁹ 11. ⁶³⁰ 11. ⁶³¹ 11. ⁶³² 11. ⁶³³ 11. ⁶³⁴ 11. ⁶³⁵ 11. ⁶³⁶ 11. ⁶³⁷ 11. ⁶³⁸ 11. ⁶³⁹ 11. ⁶⁴⁰ 11. ⁶⁴¹ 11. ⁶⁴² 11. ⁶⁴³ 11. ⁶⁴⁴ 11. ⁶⁴⁵ 11. ⁶⁴⁶ 11. ⁶⁴⁷ 11. ⁶⁴⁸ 11. ⁶⁴⁹ 11. ⁶⁵⁰ 11. ⁶⁵¹ 11. ⁶⁵² 11. ⁶⁵³ 11. ⁶⁵⁴ 11. ⁶⁵⁵ 11. ⁶⁵⁶ 11. ⁶⁵⁷ 11. ⁶⁵⁸ 11. ⁶⁵⁹ 11. ⁶⁶⁰ 11. ⁶⁶¹ 11. ⁶⁶² 11. ⁶⁶³ 11. ⁶⁶⁴ 11. ⁶⁶⁵ 11. ⁶⁶⁶ 11. ⁶⁶⁷ 11. ⁶⁶⁸ 11. ⁶⁶⁹ 11. ⁶⁷⁰ 11. ⁶⁷¹ 11. ⁶⁷² 11. ⁶⁷³ 11. ⁶⁷⁴ 11. ⁶⁷⁵ 11. ⁶⁷⁶ 11. ⁶⁷⁷ 11. ⁶⁷⁸ 11. ⁶⁷⁹ 11. ⁶⁸⁰ 11. ⁶⁸¹ 11. ⁶⁸² 11. ⁶⁸³ 11. ⁶⁸⁴ 11. ⁶⁸⁵ 11. ⁶⁸⁶ 11. ⁶⁸⁷ 11. ⁶⁸⁸ 11. ⁶⁸⁹ 11. ⁶⁹⁰ 11. ⁶⁹¹ 11. ⁶⁹² 11. ⁶⁹³ 11. ⁶⁹⁴ 11. ⁶⁹⁵ 11. ⁶⁹⁶ 11. ⁶⁹⁷ 11. ⁶⁹⁸ 11. ⁶⁹⁹ 11. ⁷⁰⁰ 11. ⁷⁰¹ 11. ⁷⁰² 11. ⁷⁰³ 11. ⁷⁰⁴ 11. ⁷⁰⁵ 11. ⁷⁰⁶ 11. ⁷⁰⁷ 11. ⁷⁰⁸ 11. ⁷⁰⁹ 11. ⁷¹⁰ 11. ⁷¹¹ 11. ⁷¹² 11. ⁷¹³ 11. ⁷¹⁴ 11. ⁷¹⁵ 11. ⁷¹⁶ 11. ⁷¹⁷ 11. ⁷¹⁸ 11. ⁷¹⁹ 11. ⁷²⁰ 11. ⁷²¹ 11. ⁷²² 11. ⁷²³ 11. ⁷²⁴ 11. ⁷²⁵ 11. ⁷²⁶ 11. ⁷²⁷ 11. ⁷²⁸ 11. ⁷²⁹ 11. ⁷³⁰ 11. ⁷³¹ 11. ⁷³² 11. ⁷³³ 11. ⁷³⁴ 11. ⁷³⁵ 11. ⁷³⁶ 11. ⁷³⁷ 11. ⁷³⁸ 11. ⁷³⁹ 11. ⁷⁴⁰ 11. ⁷⁴¹ 11. ⁷⁴² 11. ⁷⁴³ 11. ⁷⁴⁴ 11. ⁷⁴⁵ 11. ⁷⁴⁶ 11. ⁷⁴⁷ 11. ⁷⁴⁸ 11. ⁷⁴⁹ 11. ⁷⁵⁰ 11. ⁷⁵¹ 11. ⁷⁵² 11. ⁷⁵³ 11. ⁷⁵⁴ 11. ⁷⁵⁵ 11. ⁷⁵⁶ 11. ⁷⁵⁷ 11. ⁷⁵⁸ 11. ⁷⁵⁹ 11. ⁷⁶⁰ 11. ⁷⁶¹ 11. ⁷⁶² 11. ⁷⁶³ 11. ⁷⁶⁴ 11. ⁷⁶⁵ 11. ⁷⁶⁶ 11. ⁷⁶⁷ 11. ⁷⁶⁸ 11. ⁷⁶⁹ 11. ⁷⁷⁰ 11. ⁷⁷¹ 11. ⁷⁷² 11. ⁷⁷³ 11. ⁷⁷⁴ 11. ⁷⁷⁵ 11. ⁷⁷⁶ 11. ⁷⁷⁷ 11. ⁷⁷⁸ 11. ⁷⁷⁹ 11. ⁷⁸⁰ 11. ⁷⁸¹ 11. ⁷⁸² 11. ⁷⁸³ 11. ⁷⁸⁴ 11. ⁷⁸⁵ 11. ⁷⁸⁶ 11. ⁷⁸⁷ 11. ⁷⁸⁸ 11. ⁷⁸⁹ 11. ⁷⁹⁰ 11. ⁷⁹¹ 11. ⁷⁹² 11. ⁷⁹³ 11. ⁷⁹⁴ 11. ⁷⁹⁵ 11. ⁷⁹⁶ 11. ⁷⁹⁷ 11. ⁷⁹⁸ 11. ⁷⁹⁹ 11. ⁸⁰⁰ 11. ⁸⁰¹ 11. ⁸⁰² 11. ⁸⁰³ 11. ⁸⁰⁴ 11. ⁸⁰⁵ 11. ⁸⁰⁶ 11. ⁸⁰⁷ 11. ⁸⁰⁸ 11. ⁸⁰⁹ 11. ⁸¹⁰ 11. ⁸¹¹ 11. ⁸¹² 11. ⁸¹³ 11. ⁸¹⁴ 11. ⁸¹⁵ 11. ⁸¹⁶ 11. ⁸¹⁷ 11. ⁸¹⁸ 11. ⁸¹⁹ 11. ⁸²⁰ 11. ⁸²¹ 11. ⁸²² 11. ⁸²³ 11. ⁸²⁴ 11. ⁸²⁵ 11. ⁸²⁶ 11. ⁸²⁷ 11. ⁸²⁸ 11. ⁸²⁹ 11. ⁸³⁰ 11. ⁸³¹ 11. ⁸³² 11. ⁸³³ 11. ⁸³⁴ 11. ⁸³⁵ 11. ⁸³⁶ 11. ⁸³⁷ 11. ⁸³⁸ 11. ⁸³⁹ 11. ⁸⁴⁰ 11. ⁸⁴¹ 11. ⁸⁴² 11. ⁸⁴³ 11. ⁸⁴⁴ 11. ⁸⁴⁵ 11. ⁸⁴⁶ 11. ⁸⁴⁷ 11. ⁸⁴⁸ 11. ⁸⁴⁹ 11. ⁸⁵⁰ 11. ⁸⁵¹ 11. ⁸⁵² 11. ⁸⁵³ 11. ⁸⁵⁴ 11. ⁸⁵⁵ 11. ⁸⁵⁶ 11. ⁸⁵⁷ 11. ⁸⁵⁸ 11. ⁸⁵⁹ 11. ⁸⁶⁰ 11. ⁸⁶¹ 11. ⁸⁶² 11. ⁸⁶³ 11. ⁸⁶⁴ 11. ⁸⁶⁵ 11. ⁸⁶⁶ 11. ⁸⁶⁷ 11. ⁸⁶⁸ 11. ⁸⁶⁹ 11. ⁸⁷⁰ 11. ⁸⁷¹ 11. ⁸⁷² 11. ⁸⁷³ 11. ⁸⁷⁴ 11. ⁸⁷⁵ 11. ⁸⁷⁶ 11. ^{877</}

Decissio Casuum Arti. Mortis.

(id est) quam tunc assignabat Canones.)
Sed innotescenda: ut si conualuerit Pœnitentie
modum à Sacerdote sibi impositum, diligenter
obseruet. Quod congruit alijs capitibus ci-
tatis. supr. dub. 2. sectione 3.

EX CAPITE. V.

- 1 Quid sit Sacramentum Extremæ Unctionis. n. 1.
- 2 Quæ sit ejus forma. n. 2.
- 3 Materia remota est oleum; de cuius essentia est
benedictio facta per Episcopum, vel alium Sa-
cerdotem ex commissione Papæ. Proxima au-
tem, etiam de essentia, est Unctio in quicunque sen-

Seruanda est cuiusque loci consuetudo circa Un-
ctionem pedum ~~et~~ regnum ~~Regnum~~ Regnum men-
tiri in Sacerdotibus, vel fœminis, maxime ju-
cunq; quando esset causa accelerationis mor-
tis. n. 4.
- 5 Episcopi, & Sacerdotes vngendi sunt, sicut reli-
qui in palmis manuum, nisi obstat consuetu-
do. n. 5.
- 6 Quam intentionem debet habere minister, quoad
Unctio-

Cap. V. De Extrem. Unctio. 161

Unctiones. num. 6.

Unctio fiat in immediate manu. n. 7. Etiam tempo- 7
re pestis. ibi.

Alter Sacerdos potest supplerē Unctiones ab alio 8
omissas; dummodo respectu unius parvis unus
simul dicat formam. & vngat. n. 8.

Valet unctio unius tantum oculi, & manus, aut 9
auris; utraq; tamen vngenda est: nisi in casu
urgentissimo. n. 9.

Tempore pestis orationes, & psalmi dicātur in 10
Ecclesia. n. 10. Similiter quoties urget pericu-
lum mortis-fiant Unctiones, & postea dicā-
tur orationes. & psalmi. ibi.

Non est contrā essentiam Sacramenti breviter-
re Unctiones, male tamen ficeret qui praeuer-
teret scienter. n. 11.

Unctio fieri debet in forma crucis; id tamen non 11
est de essentia Extreme Unctionis. n. 11 apud.
mi, nec Pœnitentie. n. 12.

Quando Extrema Unctio danda sit sub condi- 12
tione pueri; velei; de cuius vita dubitatur.
num. 13.

Extrema Unctio in necessitate potest dari sine 13
ministro assistenti, à solo Sacerdote. n. 14.

Decissio Casuum Arti Mortis.

Ex justa causa potest Extrema Vnctio recipi ante
tē Viaticum.n.15.

CAPVT. V. DE Extrema Vnctione.

Nota. i. Sacramētum Extremæ Vnctionis est Sacramētū Vnctionis infirmorū ad salutē animæ, & corporis. Sot. in. 4. d. 23. in litera.

Secundò Forma hujus Sacramenti est deprecatio illa. Per istam sanctam Vnctionē, ~~de suam p̄iūrimam misericordiam indulgeat tibi~~ Deus, quia peccasti per vijum. Et idem dicitur in alijs sensibus. Cōcilium Florent. de Extrema vunctione: & in ita. ac taacim.

~~Cap. fin. In ore tamē dicitur: Per locutionem, & gustu. Manuale Filii pa. de eadēm.~~

Materia remota est oleum ab Episcopo benedictū. Florent. & Trid. proximè. Vnde talis benedictio facta per Episcopum, vel per Sacerdotem excommisio- ne. Papæ, est de essentia hujus Sacramēti; quid

quidquid aliqui dixerint. Ut benè. Pe. de
Ledef.sum.de Extrema Vnctione.cap.2.
conc.3.dub.1.&.2.& latè Suar.3.p.tom.
4.disp.40.sec.1.à.n.3. Materia autē pro-
xima est Vnctio actualis. Et quidē (quid-
quid aliqui dubitaverint) est de cffētia, vt
si in quinq; sensibus; vt tenet commu-
nis Sententia Doctorum. Suar.supr.disp.
41.sec.2.n.13.& sec.3.

Circa Vnctionem pedum, vel renūm,
servanda est consuetudo vniuscujusq;
diocesis. Ut notant Palud. in.4. d.23. q.
3.a.3.conc.1.n.18.ibid.Sot.q.2.a.2.con.
2.D.Ant.3.p.tit.14.cap.15.6.vlt. & alii.
Immō expedit, & occit, ne ienigens, aut
fœminis fiat Vnctio in renibus propter
pudicitiam. Sot.supr.Em. no.3.sum:cap.
12.n.2. Angles etiam verb. Extrema Vn-
ctio. nu. 5.& Sa. verd. Extrema Vnction.
n.12.id affirmāt de fœminis. Et Sua. sup.
disput.40.sec.2.n.6.dicit, plerunq; omis-
ti Vnctiones pedum, & renūm, præsertim
in fœminis. Valentia.3.disp.8.q.1.punct.
2.col.vltim.dicit renūm solere, & debere

Decissio Casuum Art. Mort.

omitti in fœminis. Et Gabr. in Supplémento 4. d. 23. q. 1. a. 2 conclus. i. dicit, omitti Vnctionem in lumbis. Quæ salte omni-
nō omittenda est, quādo indē periculum
accelerationis mortis timeretur propter
motionem infirmi. Manual. Hisp. de Ex-
trema vñctione, can. 11.

5 Quoad vñctionem etiam Sacerdotū,
& Episcoporum infrà palmas manuum,
vel in ipsis palmis, seruanda est consuetu-
do cujuslibet diœcesis. Palud. sup. conc.
3. n. 20. Nullum tamen est inconueniens
vngi in ipsis palmis, nisi obstat consuetu-
do cuius est alterius rationis Extremavn-
ctio, ab vñctione, qua in Ordine fuerunt
in ipsis palmis vñcti. ut notant benè Par-
tidan. supra. & Manual. Hisp. suprà, can.
12.

6 Intendat ministrans Vnctionem, ha-
bere intentionem Ecclesiæ quoad colla-
tionem Sacramenti, vel gratiæ , in prio-
ribus vñctionibus, aut in vltima non es-
sentiali: hoc est enim tutius. Suar. suprà,
disp. 41. sect. 2. n. 13.

Vnctio fiat manu immediata ipsius ministeri eam conferentis. Manua. Cordub. & Hispa. can. i. Et hoc ita fiat etiam tempore pestis. Ita Concilium Mediolan. 5. Cardin. Borrom. p. 2. §. Cautio in Sacerdote ministrante. quamvis peste infectis tolerari posset, ut detur medio instrumento decente. Suar. suprà, disp. 44. sed. vltima, fine.

Possunt suppleri per alium Sacerdotem 8
Vnctiones, quæ restant, quas primus Sacerdos ex aliqua causa non potuit perficere; dum modò idem Sacerdos, & vngat & dicat formam respectu eiusdem partis quam vngit. D. Th. 4. q. 23. q. 1. a. 1. queijuncula i. ad 3. Sil. Vnctio Extrem. q. 4: in fine. Enrr. libr. 3. iiii. cap. 12. num. 4. Ledesm. i. p. de Extrema Vnctione 9
i. concl. 2. fine, & cap. 5. concia. i. dub. i. & communis Doctorum. Suar. etièm 3. p. tom. 4. disp. 43. sed. 2. num. 5.

Sufficit unam manum, vel unum oculum vngi, ut valeat Sacramentum: sequens tamen est usus receptus. Sa. suprà,

Decissio Casuum Art. Mortis.

n. 12. Et Enrr. proximè. n. 1. Suar. sup. disp. 40. sec. 1. n. 5. quia salvatur materia, & forma sufficiens. Id tamen non est faciendū vlo modo, nisi in casu urgentissimo, qualis solet esse tempore pestis, quando infirmus commode non valet converti ad alterum latus: maximè concurrente periculo infectionis.

Quo quidē etiam tempore, pestis, scilicet, sufficit dicere necessaria ad solam essentiam Vnctionis, omissis alijs ceremonijs; vt de simili casu Baptismi, docet Rodri. to. 1. sum. cap. 26. concl. 4. tamen orationes illic omissæ, & psalmi debet dicere in decisa: idem in cellat periculū infectionis. Immo quā docuntur, ut reg acce-
leratio mortis, incipiendum est ab Vn-
ctionib; & postea dicentur orationes
& psalmi. Ut bene monet Manual. Hisp.
sup. can. 9.

Non est contrà essentiam Vnctionis prævertere ordinē Vnctionū; licet male facceret qui advertenter eas præverteret. Suar. sup. disp. 40. sec. 2. fin. n. 2.

Debent

Debent fieri Vnctiones informa cru- 12
cis, scilicet, simul dicendo formam, & vn-
gendo in forma crucis. cap. Nunquid, de
conse. d. 5. Sed id non est de essentia. Pe.
de Ledet. supr. cap. 2. conc. 2. Enrr. lib. 3.
sum. cap. 2. n. 3. Sot. d. 7. q. vnic. a. 4. ad. 1.
Suar. suprà. dispu. 40. sec. 2. nu. 3. (& addit.
non videri esse præceptum, sub Peccato
mortali de hoc.) Sicut D. Thom. id dicit
de Sacramento Pœnitentiæ, & Baptismi.
3. p. q. 84. a. 4. ad. 3.

Si dubitetur, an infirmus sit mortuus,
dantur Vnctiones quinq; priores sub cō-
ditione, saltu mentali. Dixi. Quinq; Vn-
ctiones; quia postea ~~poterit~~ ^{ad puerum} ~~poterit~~
quendūm; quia. 6. & 7. non sunt de essen-
tia. ~~ut bene maneat~~ supr. can. 1. b.
Eadem conditio adhibetur; quandū
ditaretur ac puer, annas ~~ad eum~~ ^{ad eum} fa-
tionis in casu, in quo juxta dicenda infrà
dub. 1. dicetur.

In necessitate potest dari Extrema Vn-
ctio à solo Sacerdote, sine ministro. Sa.
supr. nu. 9. Suar. 3. part. tom. 3. q. 83. art. 6.

Decissio Casuum Arti. Mortis.

disp. 86. sec. 1. col. penult. Gloss. cap. Hoc quoq;. de cons. d. i. Durantus. lib. 2. de Ritiis Ecclesiast. cap. 15. n. 6. Soto. d. 12. q. 2. art. 5. col. ante pen. in. 12. argum. & habetur expressè. cap. Quæ sive, de verborum significatione in principio.

¶ Deniq; non est peccatū recipere priùs Extremam Vnctionem, quàm Viaticum ex justa causa. Pet. de Ledesm. supr. cap. vlt. in fine. Enrr. sup. cap. 10. in fine. Suar. sup. disp. 44. sec. 1. n. 8.

EX DUBIO. I.

Sententia negativa Sori refertur nu. 1.

• ~~in his quatuor sacramentis ad Eucharistiam, est danda Vnctio; nisi constet carere~~
• ~~Vnctione, etiam si pectus sic con-~~
~~cipit habere Vnum rationis. n. 2.~~

3. ~~Omnis caput. Namque hunc~~ sacramentum, ejus de se capax illius etiam Sacramenti. n. 3.

4. ~~Extrema Vnctio est Sacramentum consumma-~~ tium Pœnitentiae. n. 4.

5. Non est necessarius ordo inter Eucharistiam, ~~et~~ Vnctionem. n. 5. Q. 6.

Quando

Quando puer nullum Sacramentum posset recipere habens usum rationis; nullo modo in illa Sententia relinquendus est, sine Extrem. Vnctione. ibi.

Quando est dubium. an puer habeat usum rationis; est vnoendus sub conditione, si aliud Sacramentum nequeat recipere. Si autem posset recipere Pœnitentiam; tutius est tunc non ingeri: probabile tamen est posse ingeri, sub conditione tamen. nu. 7. Summo oppere refert fæliciter vitam concludere. ibi.

Non est seruanda consuetudo, non dandi Vnctio-
nem pueris habentibus usum rationis. n. 8.

Ad Synod. Hispal. & Manuſl Hispa. Ry. nu. 9.
Secundū Suarez, omnis puer habens usum ra-
tionis, & qui est capax Pœnitentie, in articū-
lo mortis, est capax Euchari. & Vnctio. ibi.

Quando descendētibus ex Mauris d. 1444
Extrema Vnctio. n. 10.

DVBIVM. I.

V. EXTREMA VNCTIO
possit dari pueris in eptis ad Eucharistia.

Decisio Casuum Att. Mortis.

1. **S**ot. in 4. d. 23. q. 2. a. 2. col. vltima, versiculo, Si quæras, dicit, non esse administrandam Vnctionem, nisi illis pueris, qui Eucharistiam recipiunt. Quæ sententia in aliquibus locis vñ recepta est. Imò videtur approbata in Manual. Hisp. de Extrem. Vnctione, & in Sy nod. Hispal. anni 1586. lib. i. tit. de Sacra Vnct. cap. 3. vbi dicitur, regulâ circâ etatem esse; vt Vnctio detur, cui Eucharistia.

2. Dico tamen i. omnibus pueris capa cibus Sacramenti Pœnitentiæ, atq; adeò omnibus post septennium, nisi constaret carere vñrationis dāda est Extrema Vn ctio, licet nō recipiant, nec sint idonei ad Eucharistiam recipiendam. Ita expressè Nau. cap. 22. n. 13. maxime in Hisp. Angl. cap. 1. p. 1. a. de Extrem. Vnct. a. 4. in princ. conc. vltima. P. de Ledel. de Extrem. Vn ctione, cap. 6. conc. 5. Graf. 2. p. Decif. lib. 1. cap. 8. n. 16. Enrr. lib. 3. sum. cap. 11. nu. vltimo, litera C. Suar. 3. p. 10. 3. q. 80. a. 11. disp. 70. sec. 1. in fin. Sa. verb. Extremavn ctio, n. 2. Idem planè tenent D. Ant. 3. p. tit.

Cap. V. de Extrem. Vnct. Dub. I. 16

tit. 14. cap. 8. §. 3. D. Bona. 4. d. 23. a. 2. q. 2.
nu. 38. Ricard. ibid. a. 2. q. 4. corp. dicētes,
dādā esse perveniētibus ad usū rationis.
Idē institutio Christiana Cōciliij Magūti-
ni, de Extr. Vnct. & Mediola. §. Borrom.
Cardi. i. p. in fin. de Extrema Vnct. versi.
1. tantū dicit: *Ne pueris, qui nondū nullū usum
rationis habent, Sacramentum Extremæ Vnctio-
nis ministretur.* Probatur omnis capax effe
Etus alicujus Sacramenti, nisi impediatur
indispositione, aut alia irreuerētia illius
Sacramēti; est capax ipsiusmet Sacramē-
ti, sed omnis puer capax Sacramenti Pœ-
nitētię, est capax effectus Vnctionis: cu-
poteſt habere peccata, ac peccati reli-
quias & eius anima alienari, & confirma-
ri: ut & labores morbi leuius ferat, & ren-
tarionibus Dæmonis facilius resistat, &
sanitatem corporis, si illi expedierit, con-
sequatur: qui sunt effectus Extremæ Vn-
ctionis, secundūm Trid sess. 14. de Extre-
Vnct. cap. 2. Et prētereā nō impeditur in-
dispositione, nec irreuerētia; quia nō re-
quiritur major cognitio, vel reuerētia ad

Extrema

Decissio Casuum Arti Mortis.

Extremam Vnctionem, quām ad Pœnitentiam; immō minor; quia Pœnitentia requirit majorem cognitionem, & discretionem ad examen confessionis, & dolorem peccatorum: ergo omnis puer capax Pœnitentiæ, est capax etiam Extremæ Vnctionis.

4 Confirmatur, quia Extrema Vnctio dicitur à Trid. suprà, Sacramentū consummativum Pœnitentiæ: ergo debet dari, cùm datur Pœnitentia; ut ista per illam consummetur, & perficiatur.

Probatur. 2. quia nec ex Sacra Scripturae ex Conciliis vel Decretis Pontificū, vel Sanctorum, verocommuni Scholasticonrum habetur esse ordinem necessariū inter Extremam Vnctionem, & Eucharistiam, nisi ut Exrema Vnctio recipi non possit, si prius nō sit recepta Eucharistia: ergo sine fundamento ponitur, quod sit necessarius ordo inter illa Sacraenta. Immō olim dari aliquando solere Vnctio nem antè Viaticum docet Durant. lib. i. de Ritibus Ecclesiæ. cap. 20. n. 23. ex Pe. venerabil.

venerabil.lib.3.Epist.4.& cap. Ab infir-
mis.26.q.7.idem Suar.3.p.to.4. dilp.44.
fec. i.nu.9.

Cōfirmatur, quia adultus potest com- 6
municare post vunctionem receptā. Con-
cilium. 5.Mendiola.i.p. de Eucharistia,
versiculo,Poenitentia; & potest recipere
Vunctionem, etiam si non posset Eucharis-
tiam; vt tetigimus suprà; & patet ex usu
receptissimo Ecclesiæ vbiique: ergo nec
in pueris est necessarium, vt sint capaces
Eucharistie ad hoc, vt possint Vunctionē
recipere. Immò ego non auderem relin-
quere sine Extrema Vunctione puerū, et
incapacem Eucharistiæ, capacem tamen
Poenitentie quando nullum aliud Sacra-
mentum pollet recipere; quia tunc talis
~~puer exponeretur periculo æterno & dam-~~
nationis. Nec credo in hoc casu, ab ali-
quo id negari, quia hęc pars est tutior, &
in dubijs pertinetibus ad salutem, tutior
pars est eligenda, etiam si variæ sint opi-
niones; vt sæpè vidimus in superioribus
hujus tractatus.

In que,

Decisiō Casuum Art. Mortis.

7 In quo etiam casu credo, dandam esse Vnctionem sub conditione, quando de pucro dubitaretur, an haberet usum rationis sufficientē ad Sacramentū Pœnitentiæ; licet in tali casu dubij usus rationis, videatur esse tutius, non dare Vnctionem, quando dictus puer posset recipere Sacramentū Pœnitentiæ sub cōditione. Quanquā non sit omnino improbabile, etiam tunc posse dari Vnctionē sub cōditione (scilicet, si es capax) propter maximam ejus utilitatem, & fructum, in tali articulo mortis; quem summoperè refert feliciter concludere.

8 Et consuetudo in contrariū nō dandi, scilicet, Vnctionē, nisi capacibus Eucharistia, sicubi fucrit, non est obseruanda; quia rationabilis, & in præjudiciū puerorum; qui tanto magis indigent Sacramentis: quanto minus valent proprio discursu: & in hac diœcesi Hispal. multi dāt Vnctionem ante Eucharistiam.

9 Ad Synod. Hispal. R. ibi dari regulam certā, scilicet, dandā esse his, qui cōmunicant;

cant; quia cōstat, illos habere certū vsum rationis, nō tamē negare, posse dari alijs; sed id remitti doctoribus. Secūdō respon detur, fortè tenuisse sententiā Suar.supr. cit. secundū quā, illa regula Synodi de servit pro omnib^o pueris, de quibus diximus posse dari: existimat enim Suar.in articulo mortis dari debere omni puerō v tēti ratione, absolutionē Sacramentalē, Eucharistiam, & Vnctionem: quod quomodo sit verū respectu Eucharistiae, dixi suprà cap.3.dub.2.dicto 7.

Dico 2. Neophytis descédentibus ex 10 Mauris, dāda est Extrema Vnctio, quādo admittuntur ad confessionem; ne et non admittantur ad Eucharistiam: ita multi viri docti; & in simili de Indis tenet Acosta.lib.6.de procuranda Indorum salute, cap.18.fin. Probatur rationibus pro dicto i. Et est planum, quando eam peterent; quia etiam tunc esset danda eis Eucharistia, si eam petant, cum alijs requisitis dictis suprà. cap. 3. dubio 3. §. Respondeatur.

Decissio Casuum Arti Mortis.

EX DUBIO. II.

1. *Adultis carentibus usu rationis, quem aliquando habuerunt, danda est Extrema Unctio n. 1.*
2. *Etiam si sint ignoti, si non constat clare amississe sensum in complacentia peccati Mortalis. ibi. Extrema Unctio est valde utilis, & aliquando per accidens necessaria. n. 2.*
3. *Phreneticus, & furiosus ligandus est, ut vngatur. n. 3.*
4. *Non est necesse, ut amens in iudicio petierit vnitatem. n. 4. Non impedit in amentibus irreverentia resistentiae: alia autem indecentia vix est, quae possit contingere. ibi.*
5. *Notarii procuratores aut publici excommunicati non sunt communicandi, nec vngendi, nisi constet signaclematis. & presentie dedisse.*
6. *Absoluendus est prius, qui est excommunicatus. Si ei detur Sacramentum, si tamen, dedit signa doloris. n. 6. Diaconus, ut ministret morienti Eucharistiam defectum Sacerdotis, potest etiam morientem absoluere ab excommunicatione. n. 7.*
8. *Secretum excommunicatum morientem non tenetur vitare Sacerdos in ministracione Sacramentorum.*

mentorum; absoluens tamen eum à censuris.
n.8.Occulto peccatori publicè petenti Eucha-
ristiam; debet illum dare Sacerdos.ibi. Eadem
est. ratio in dandis Sacramentis de peccatore
occulto, ac de excommunicato occulto. ibi.
Energumenis, sicut amentibus danda est Extre-
ma Vnctio.n.9.

DVBIVM. II.

V. EXTREM A V N C T I O

sic danda furiosis, vel carentibus vfu-
tientia rationis.

Respondetur affirmare, si ali-
quando habuerunt usum ratio-
nis etiam antea longum tempus,
& non constet clare amisisse sensum
complacētia peccati mortali, si & talias
sint ignoti. Ita Cord.lib.5.q.39.punct.2:
dict.2.pág.480.Alcocer.sum.cap.11.ca-
tu.1.fol.37.Nau.cap.22.n.13.& cap.26.
n.27.Silu.Extrema Vnctio.nu.9. ibidem
Armil.nu.7.Sa.nu.1.Entri.lib.3.summ:
cap.10.num.1.& cap.13.num.1.Palu.4

Decissio Casuum Arti Mortis.

d. 23. q. 3. art. 2. conc. 11. ibidem Gabr. in
Supplemento. q. 1. art. 3. dub. 1. ad. 2. Pet.
Soto. de Extrema Vnctione. Lectione. 2.
§. Si quis vero. Pe. de Ledes. de eadē. cap.
6. conc. 5. & 6. D. Anton. 2. p. sic. 14. cap.
15. §. 6. propè fine. Rodrig. tom. 2. summ.
cap. 86. col. 2. Suar. 3. p. tom. 4. disput. 42.
sec. 1. nu. 5. & 6. Probatur ex cap. Quic
cedunt. 26. q. 6. dicente. Amentibus quæ
cunque pietatis sunt, conferenda sunt. Loqui
tur autem de amentibus, qui aliquando
habuerunt judicium; sed Extrema Vn
ctio, est quid pium: ergo est conferenda
amentib[us] qui aliquando habuerunt
ysum rationis. Probatur. 2. quia Euchari
stia requirit ~~maiorem reverentiam~~ & de
tiationem; quam Extrema Vnctio: sed
hujus amentia non impedit recep
tionem Eucharistie, ut probavi. capit. 3.
dub. 4. dict. 2. (ad quod reliqua h[oc]c] expe
ctantia remitto) ergo nec impedit recep
tionem Vnctionis.

2 Nec refert, Extremam Vnctionem nō
esse necessariam; quia sat est esse valde
utilem;

vtilem, vt ponderat Triden.sessio. i 4. de Extrema Vnctione, in principio: & aliquando, posset esse necessaria, ex defectu receptionis aliorum Sacramentorum, & veræ contritionis, vt per Extremam Vnctionem, fiat quis de attrito contritus.

Immò placet mihi quod proxima ratione docent Palud.& D.Anto.suprà, & P.de Ledes.sup.con.4. Enrr. sup. cap. i 3. n.1.& Grafis. i.p. Decissio.lib. i. cap. 86. n.28. scilicet, phreneticum, vel furiosum, si resistat, esse ligandum, vel fortiter tenēdum; vt recipiat Extremam Vnctionem; exclusis tamen laicis ad. ~~ad. illis~~ scādālum: & sanè non dubito, id esse necessarium. quando phreneticus non posset recipere aliud Sacramentum.

Eg. quo pater. non esse necessarium, quod aliqui exigunt, vt amens petierit expresse Extremam Vnctionem, sicut id rejectū est. sup.cap. 3. dub. 4. dict. 3. respectu Eucharistie. Immò communis usus id non exigit tanquam necessarium. Itē nec requiritur, vt cum reverentia dari possit.

Decissio Casuum Art. Mortis.

possit, ut aliqui alij requirunt, si intelligant de irreverentia resistentiae: secus si esset alia indecens (quæ quomodo tunc possit in amentibus contingere, non video) ut benè Pet. de Ledesm. suprà.

5 Nota tamen, notorios peccatores, vel publicè excommunicatos, excipi, ut eis non possit Eucharistia, nec Vnctio ministrari, nisi de eorum Pœnitentia constet; aut de alijs signis pietatis, quibus credi possit, eos voluntatem perversam mutasse. Ita Cord. lib. 5. q. 39. p. 2. dict. 2. pag. 480. Alcocer. Nayarr. Enric. D. Anton. Gahr. Armil. Paludan. & Silvest. suprà. Et Pet. de Ledesm. suprà. conclus. 6. Manual. Hispal. de Extrema Vnctione, n. 7. Probatur ex regula iuris, in. 6. inc. missales semper præsumitur malus: specialiter de excommunicato patet; quia illi, dum est sub excommunicatione, non est ministrandum aliquid Sacramētum. Absolvi autem non potest ab illa excommunicatione; nisi signa Pœnitentiæ derit, vel mutatae voluntatis: nam hoc etiam

etiam requiritur, ut possit post mortem
a tali excommunicatione absolvii. cap. A
nobis. 2. & cap. Sacris, de sententia ex-
communicationis.

Si autem signa Pœnitentiæ dederit, vel
mutata voluntatis, etiam excommuni-
catus absolvi debet ab excommunica-
tione; atque ad eum & ei dari Eucharistia,
& Vnctio, post absolutionem ab illa ex-
communicatione: nam de absolutione a
peccatis, dictum est suprà. cap. 4. dub. 2.
& 4. dict. 4.

Et si Sacerdos absit, nec possit habe-
ri, potest Diaconus, ut ministret Eucha-
ristiam morienti (juxta cap. 2. ap.
3. dub. vltimo fine.) absolvere ab excom-
municatione, id accommodando senten-
cie Enri. lib. 6. summ. cap. 9. num. 3. li-
ra. V. cum alijs, quos ibi refert: quia sicut
ius concedit simplici Sacerdoti absolu-
tionem ab excommunicatione, quan-
do ei concedit absolutionem a peccatis,
propter extremam necessitatem morien-
tis: ut patet ex Trid. sess. 14. de Pœnitentia.

Decissio Casuum Art. Mortis.

cap.7. ita & concedit jus Diacono eamdem absolutionem ab excommunicatione, respectu morientis; cui propter necessitatem concedit ministracionem Eucharistie.

8 Secretum autem excommunicatum, vel Sacerdos non debet credere, esse excommunicatum; vel credat esse iam absolatum, vel saltem pœnituisse, & mutasse voluntatem, ut eum à censuris absolutat; & det Eucharistiam, & Extremam Vnctionem: colligitur ex Doctoribus proximè citatis; qui tantùm loquuntur de publicè excommunicatis, & quia Sacerdos ~~non~~ ~~possit~~ ~~cooperari~~ ~~post~~ Concilium Constant.) excommunicatum privatim; & ita nec ~~cooperari~~ ~~cum~~ vitare ~~præcepto~~, ~~positivi~~ prohibentis communica-
tionem cum illo; ut proxime vitum en; nec jure Divino, nec cooperatur pecca-
to alterius indignè recipientis Sacramé-
ta: quia in nostro casu caret usu rationis,
qui vngitur; & ita pro tunc, non est ca-
pax peccati; nec quia præsumitur malus,
qui

qui semel fuit malus; hoc enim tantum
habet locum in nostro casu respectu eo-
rum, qui non tolerantur ab Ecclesia: ali-
ter vngi non posset quis, de quo scio se-
secrètò aliquando comisissè peccatum
mortale; & non mihi constat, eum pœ-
nituisse. Quod est contra communem
vsum. Debeo enim ad eum effectum
præsumere, pœnituisse. Item, quia vix po-
test certò constare, morientem esse ex-
communicatum privatim, aut non suicid-
se absolutum. Item quia secundùm om-
nes non potest negari Eucharistia, atque
ad eò nec Extrema Vnctio, peccatori oc-
culto publice ~~petitur~~, ~~per~~ ~~missam~~ ~~in~~ ~~missis~~ Con-
cilijs dicitur. cap. Si tantum; & cap. Pla-
~~cit. o. q. 2. cc. ex. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.~~ ~~ctorum do-~~
cent. D. Thom. 3. p. q. 80. a. 6. C. Sot.
12. q. 1. a. 6. col. 3. & Suar. 3. p. tom. 3. disp.
67. sectio. 4. sed moriens eo ipso censetur
publicè petere Sacramenta; & effet no-
ta, si Parochus illi ca non ministraret,
cùm ad hoc teneatur ex officio: ergo re-
uetur ea illi ministrare, quando moriens

Decissio Casuum Art. Mort.

nullibi est publicè excōmunicatus. Confirmatur, quia cap. Placuit, cit. loquitur de excommunicato occulto. Denique nobiscum sentire videtur Ent. lib. 3. sum. cap. 60. n. 1. & 2. & clariùs Sot. suprà, col. 8. versiculo, Si autem occulti. P. de Ledes. in sum. de Eucharistia, cad. 12. conclus. 2. dub. 5. docentes, in dandis Sacramentis eandem esse rationem, de excommunicatis occultis, ac de peccatoribus occultis sine excommunicatione.

Quod dictum est de furiosis, dicendū quoque est de Energumenis, ut patet ex probatis suprà, cap. 3. dub. 5. dict. 5.

EX DUBIO. III.

Quibus infirmis est necessarium infirmum esse in lecto; licet communiter decumbere debeat, ut ingatur. n. 2.

Non est expectandum, ut vita omnino desperata sit ad Unctionem. n. 3.

Aliquando potest quis vngi in principio morbi desperari, aut saltē fallacis, ut in graui peste. n. 4.

Parochi

Parochi Extremam Vunctionem, & maximè Eu-
charistiam, opportune, & sine dilatatione mi-
nistrent, quando possunt statim dari. n. 5.
Adulto recenter baptizato, danda est Extrema 6
Vunction. n. 6.

Mutilati vngendi sunt in partibus propinquiori- 7
bus illis, in quibus alias erant vngendi. n. 7

DUBIUM. III.
DE ALIIS, QVI BVS DAN-
da sit Extrema Vunctionio.

DICO primò, debet dari cuicunq;
que infirmo, cuius mors timeat-
tur, & creditur cito ructus; mo-
dò infirmitas nascatur ex morbo, vel ex
vumere, vel veneno potato, vel ex
quacunque causa intrinseca; non tamen
proximo morti violentæ, ut suspēdendo
vel suffocādo; quia nō infirmatur: Vnctio
enim, Sacramentū infirmorū est. Ita om-
nes Doctores, & patet ex Cōcilij Florētij
de Extrema Vunctione, dicente: Cūm time-
tur mors. & Trid. scfs. 14. de eadem, cap. 33

Decisio Casuum Art. Mortis.

Cum in exitu Vitæ constituti videntur.

2 Non tamen est necessarium, ut sint in le&to. vt notat Gabr. in Supplemento. 4. d. 23. q. 1. art. 3. dub. 2. Enrr. lib. 3. summ. cap. 11. nu. 2. litera. G. Et ita solet esse in praxi tempore pestis, vel catarrhi periculosi, sublati tamen scandalo, docendo id fieri posse. Nec obstat Trid. proximè citat. cum dicit: *Quia decumbunt*. Loquuntur enim de casu ordinario; quando potest infirmus commodè decumbere.

3 Dico. 2. non est multum scrupulizandum, nec expectandum, ut omnino sit desperata salus. nè vel mors, ut sàpè contingit, si opinatae adveniat, vel defectus sensus: ita ut non sic devotè ab infirmo recipiatur Sacramentum. Ita aduentum Enr. proximè. n. 1 & 2. Gabri. proximè, vcrf. Per hoc. Sot. d. 23. q. 2. art. 2. conc. 2 propè finem, versiculo. Nihilominus. Et mirè Pet. Sot. de Extrema Vnctione. lectione. 2. §. Si quis verò, & Manual. Hisp. de Extrema Vnctione. canon. 2. & Synd. Hispal. anni. 1586. libr. de Extrema

Vnctione. capit. 3. colligitur ex Concilijs citatis ; quia tantum dicunt , cùm timetur mors , vel videntur esse in exitu vitæ. Item quia aliter , vel infirmus carabit Vnctione , vel aliquo auxilio Sacramenti contrà tentationes ; quo non carabit , si illi detur Vnctio antè amissionē sensus.

Immò notat Enrr. benè proximè . n. i. 4 posse in principio morbi desperati ministrari Vnctionem. Idem Pet. de Ledes. de cadem. cap. 6. conc. 3. fin. de morbo mortifero : saltem id credo , quādo simul morbus est fallax . ita ut sicut s̄p̄e contingit in principio talis morbi iubito accidat mors , atque post aliquot dies ; ut in pesto gravi , in cuius principio statim esse dā Vnctionē , docet Conciliū . 5. Mediolan. Cardina. Borrom. p. 2. de Cura pestis.

§. Cura Spiritualis , &c. Vers. Quare Extremæ , &c. & versicu. vltim. Et Suar. 3. p. fo. 4. disput. 44. secio. vltima sine ; vel phthisi iam confirmata , cum probabili dubio , an hodie , vel cras , vel brevi accidat mors.

Decissio Casuum Arti. Mortis.

mors. Quia tunc eadem est ratio de principio, atque de medio.

5. Ectidè Parochi nō differant in aliud tempus Extremam Vnctionem, quando probabilitè credunt posse in præsenti dati, idque maximè obseruent circà administrationem Eucharistiae, quæ nō requirit desperationem morbi; ne infirmū in æternum damnari cōtingat Parochorum negligentia; & ipsi sīnt animicidæ, strictrissimamq; Deo rationē de ea redicuntur. vide cap. Si Presbyter, & sequent.

26. q. 5. & Durant. lib. 1. de Ritibus Ecclesiæ, cap. 20. n. 22. & Concil. s. Mediola. p. 1. de Extreme Vnctione, §. At caueat.

6. Dico tertio, adultis recenter baptizati dari debet Extrema Vnctio. P. de Le-
descm. proximè, conclus. 7. Silu. Extrema
vnctio. q. 5. dict. 3. & communis. Patet,
quia sunt capaces effectuum Extremæ
Vnctionis.

7. Dico quartò, mutilati vngendi sunt in partibus propinquiorib' illis, quibus sūt mutilati; & in quibus aliâs vngédi essent.

D. Tho.

D.Tho.in Additionibus,quæst. 32.art.7.
& communis doctorum; verbi gratia, si
careat oculis,in eorum conchis,&c.

EX DUBIO. III.

Sententia affirmativa refertur.n.1 2.3. & 4.
Quotannis renouandum est oleum, etiam infir-
morum, & vetus comburendum.nu.5. idque 5
latè probatur.

Quotannis Parochi petere debet ab Episcopo Chris-
ma, & oleum infirmorum.n.6.

Decretum Fabiani Papæ loquitur etiam de oleo 7
infirmorum.n.7.

Chrisma solet etiā accipi pro quocunque oleo San-
cto.n.8.cap. I. de Custo. Eucnaris loquitur
etiam de custodia olei infirmorum ibid.

Innocent. I. sumit ex parte Chrisma pro oleo in-
firmorum ibi. Et reiciuntur omnes solutiones
nu.9. & 10.

Non valerei Vnctio Extrema cum Chrismate ex.
oleo, & balsamo, si vera ratio olei propterea
mutaretur.n.10.

Chrisma significat Unguentum, vel Vnctionem. 11
nu.11.

Decissio Casuum Art. Mort.

- 12 Materia Confirmationis est verum Chrisma, ex
oleo, & balsamo; & unde hoc constet. nu. 12.
13 Iam ab hinc multis annis Chrisma tantum su-
mitur pro confecto ex oleo, & balsamo. n. 13.
14 Peccat mortaliter, qui benedicit oleum infirmorū
alio die quam feria. s. in cena Domini, vel nō
reno^vat illud quotannis, vel sine necessitate
15 Nutur veterē. n. 14. Ex defectu olei noui, po-
test esse usus veteris. n. 15. 16. & 17.
18 Ad argumenta primæ sententiae respondetur. n.
18. 19. & 20.

DVBIVM. IIII.

V. POSSIT FIERI VNCTIO

Extrema cum oleo vetere, id est, conse-
crato ab Episcopis.

s. hebdomadæ sanctæ proximè
præteritæ; sed alterius
 anni.

FNrr. libr. 3. sum. cap. 8. u. 2 in fin.
dicit, non esse præceptum reno-
uandi quotannis oleum infirmo-
rum,

rum,& lib.2.cap.29.nu.3.litera V. dicit,
non esse prohibitum, infirmum vngi ve-
tere oleo; & ita post longā consultationē
sensisse Theologos, & utriusque juris pe-
ritos Salmanticæ.Idem Sa. verb. Extre-
ma Vnctio, num. 6. & Petr. de Ledesm.
de eādem, cap.2.fine,dicit, non esse cer-
tum, esse præceptum de tali renouatio-
ne quotannis.

Probatur. i. quia nullus Doctorū, quē
ego viderim, asserit renovationem præ-
cipi, aut prohiberi usum veteris olei.

Probatur secundō, quia nullibi etiam
in jure id habetur; nam cap. Si quis de a-
lio; de consecr.d.4. fit tantum mentio de
Chrismate vetere quo prohibetur cleri-
cus vngere baptizatū, nīl præoccupan-
te morte. Et Fabianus Papa, epistola.2.
ad Episcopos Orientales, & habetur cap.
Literis, de consecr. dict. 3. præcipit quot-
annis Chrisma renouari, & vetus crema-
ri, nihil autem meminit de oleo infirmo-
rum.

Probatur 3. quia nō omnis cōsuetudo 4
obligat

Decisio Casuum Arti Mortis.

obligat sub mortali; ut sāpē aduertunt
Doctores: ergo quamvis sit consuetudo
illud renouandi; si non renovetur, non
erit mortale.

5 Dico tamen primo, renovandum est
quotannis oleum infirmorum, & vetus
comburendum in Ecclesia, vel in piscinā
iijciendū. Ita Synod. Hispal. anni 1586.
confirmata per Sextum V. Sum. Pontif.
lib. i. titulo, de sacra Vndione, cap. 2. &
Concilium 4. Mediol. Borrom. 2. p. §. 2. &
Pontificale Pauli 3. in benedictione Chris-
matis: & libidem Pontificale Sanctissi-
mi Domini nostri Clementis Divina mi-
seratione Papæ V. idem dicit in prin-
cipio: §. Hac die singulis annis benedicitur
oleum Catecumenorum, & infirmorum, & con-
ficiuntur Chrismæ. Et in fine. §. Vetus autem
& addit. Et si quod remanserit in ampullis pos-
natur in lampadibus Ecclesiæ ante Sacramentum,
int' comburatur. Probatum est in libro Dianæ
Probatur, primò, quia ita habet consue-
tudo Ecclesiæ ubique; & ideo in regulis
Societatis Iesu, regul. 18. praefecti Eccle-

Cap. V. de Extre. Vnct. Dub. IIII. 177
si dicitur, ut singulis annis renouent oleum
Sacrum; at hujusmodi regulæ, non solent
poni in dicta Societate circa hujusmodi
ritus, nisi, quādo id quod præcipitur, ubi-
que, & maximè Romæ, observatur. Item
in Bulla Gregor. XIII. concessa eidem
Societati die 8. Septembris. anno 1573:
n. 7. dicitur. Ut in Molechis, Iaponijs, & alijs
regionibus hujusmodi, possint dicti Sotij sine scru-
pulo. Ut oleis Sanctis, ante consecratis per. 4. an-
nos; dummodo prius quotannis faciant debitam
diligentiam; Ut habeant oleum nouum. At non
esset opus hujusmodi licentia limitata,
si jure communi, vel sufficiente consue-
tudine Ecclesiarum id esset permisum.

Probatur. 2. quia in Concilio Melden-
si, apud Burchardum. lib. 4. capit. 75. &
refert etiam Belarmin. tom. 2. de Extre-
ma Vnctione. cap. 4. colum. 2. jubetur.
Ut feria. 5. Domini, Parochi ab Episcopo acci-
piant ampullam olei Sancti pro infirmis in Un-
gendas juxta Apostolicam traditionem, idem
apud Ivon. p. 1. cap. 268. & refert Durant.
lib. 1. de Ritibus Ecclesiarum. cap. 20. nro. 2.
ergo ex Apostolis habetur traditio con-
secranti

Decisiō Casuum Ait. Mortis.
secreandi oleū pro infirmis feria. §. incen.
Domini: sicut & oleū Catechumenorū;
& Chrisma: & renovandi illud quotan-
nis. Ideò enim jubetur tūc accipi oleum
infirmorum: sicut & tunc jubetur accipi
Chrisma, in Concil. Tolet. i. cano. 20. &
Concil. Valent. & Martini Papæ, & habe-
tur. cap. Presbyteri, & capit. Omni tépo
re, de conse. d. 4. Itē in Concilio Vasensi,
canon. i.

7 Probat. 3. quia decretum Fabiani
Papæ. Epistola. 2. ad Orientales, & habe-
tur. cap. Literis de consec. d. 3. mandat
quolibet anno Chrisma renovari, & ve-
tus consumiri, quo prohibet utri, idque ex
traditione Apostolorum: ergo idem est
de oleo infirmorum; de quo etiam po-
tevit, & debet intelligi hoc Decretum: si-
cut illud intelligit Turrecremata. ibi
dem, & Suar. 3. p. tom. 4. disput. 40. secti.
i. nu. 10. Primò quia consuetudo Eccle-
siæ declarat, quod, sicut oleum Catechu-
menorum, infirmorum, & Crisma de-
bet cōsecrari d. feria. §. in cœna Domini.

Ita & de his omnibus eamdem esse rationem, quantum ad renovationē, & usum; cum enim non constet de initio hujus consuetudinis; quæ fuit etiam tempore D. Gregor. Papæ, ut constat ex hujus libro Sacramentorum feria. §. hebdomadæ majoris (habetur inter ejus opera. to. §.) credi potest fuisse ex tempore Apostolorum, qui die illo edocti sunt, oleum benedicere; sicut Fabianus suprà afferit cdo & os; fuisse Chrisma confidere. Et sicut hac ratione, quotannis præcipitur renovatio Chrismatis, & prohibetur usus veteris; ut patet ex dicto ~~Degressu~~ Ita ex codē Decreto intelligitur præcipi renovatio oleorum; & prohiberi usus veterum.

Secundò, quia sicut oleū Sacrum ~~scilicet~~ etiam accipi pro Chrismate; ut patet in D. Dioniso de Ecclesiastica Hierarchia. cap.4.col.4. & cap. Presbyteris, de confec. dist. 4. quod est Innocentij. I. & cap. Quod in dubijs, in sine, deconfec. Ecclesiae. Ita etiam Chrisma solet accipi pro quocunq; oleo Sacro; etiā infirmoru: ut

Decissio Casuum Arti Mortis.

pater. cap. i. De custodia Eucharistiae: vbi
Chrisma præcipitur observari sub custo-
dia. Quod etiam habet locum in quo-
cunq; oleo Sacro. Item. cap. Presbyteri,
de consec. dist. 4. quod est. D. Gregor. lib.
3. Registrilepist. 9. propè sin. dicit, nè Pres-
byteri vngant in fronte Sacro Chrisma-
te, sed in pectore; vbi planè loquitur de
Chrismate, nè confusio fiat in paucis ver-
bis. At constat Vnctionem istam in pe-
ctore fieri oleo Catechumenorum; &
non vero Chrismate; & capit. Vnico. §.
Quia verò, de Sacra Vnctione. Item &
maximè In ~~secunda~~ Prima epistola ad De-
centium. cap. 8. & partim. capit. Illud su-
perfluum. 95. dist. expreſſe Chrismuſ ac-
cūſ pro oleo infirmorum; ibi enim lo-
quitur de Extrema Vnctione, explicatq;
de ea ad literam id Iacobi. 5. cap. Siquis
infirmatur: ergo quod decretum est à Fa-
biano de Chrismate, etiam decretum est
de quolibet oleo Sacro; sed decretū est;
vt renovetur quotannis, & vetus com-
buratur, & quòd illo non vtatur: ergo idē
decre-

decretum est de Catechumenorum, & infirmorum oleo Sancto.

Nec satisfacit solutio aliquorum dicentium; Episcopos, propter sui excellentiā, posse vngere infirmos Chrismate: Id enim est expressè contrà ipsum Innocent. dicto. cap. 8. vbi etiam clare, & manifestè loquens de Sacerdotibus, dicit vngere infirmos Chrismate. Paret etiam ex eisdem verbis, esse evidens, non posse intelligi dictum Innocentij de Confirmatione; vt aliqui falso putarunt: quia ex professo loquitur de Extrema Vnctione.

Denique est maxime inconveniens solutione aliorum dicentium, olim infirmos vngtos fuisse Chrismate, loco olei: Non enim est dicendum, varias fuisse materias hujus Sacramenti in Ecclesia. Ut similiter benè impugnat Belarmi. tom. 2. de Confirmatione. cap. 9. argumen. i. in 2. solutione. Maximè, cùm aliqui dicant, non valere Extremam Vnctionem factam Chrismate ex oleo, & balsamo, si

Decisio Casuum Arti Mortis.

vera ratio olei propterea immutaretur.
Suar.suprà.n. 11. Immò Concilium Me-
diola.5.Borrom.p.1. de Extrema Vnctio
ne.§. 2. dicit; vt iteretur Vnctio, si fortè
priùs fuerit facta oleo Catechumenorū,
vel Chrismate.

Et idèò melius est dicendum, Chris-
ma sumi pro oleo genericè, ex Innocen-
tio suprà, & ex alijs capitib⁹ citat. Quòd
Chrisma significet vunctionem, seu ma-
teriam vunctionis, vel vnguentum vt ex
D.Augustin. & alijs probat Durantus su-
prà.nu.4.& docet D.Isidor.lib. 7. Orige,
cap.2. & Rabanus.lib.1. Institut.cap.30.
Magist.in. 4.23.cap.1. & apud.D.Gre-
gorium in benedictione olei infirmorū,
suprà, vocat dictum oleum, vnguentum,
In Ordinarij Romanum, teste Du-
rant.suprà, Chrisma ex oleo, & balsamo,
appellat Chrisma principale. Et quòd
Chrisma apud nos sumatur sápè pro om-
ni oleo Sacro, docet Glossa in dicto.cap.
Illud, verb.Chrisma, ibidem Archidiaco-
nus.nu.2. Turrecre.& Geminianus.Suar.

3.p.suprà.sect.1.n.11.Valentia. 3.p.disp.
3.q.1.punct.2.col.2. Item Sot.in.4.d.23.
q.1.a.3.ad.1.col.vltima.

Nec inde sequitur, non posse secundū
dicta constare ad materiam Confirmationis requiri Chrismā confessū ex oleo;
& balsamo, constat enim id requiri: quia
ita assertur expressē. cap. Vnico, de Sa-
cra Vnctione. Et in Concilio Florent. de
Confirmatione. Item quia Sancti agen-
tes de tali materia, vel expressē explicant
materiam Confirmationis, esse Chrisma
ex oleo, & balsamo; vel vtuntur aequivalē-
tibus verbis, id est, de oleo habēti fragā-
tiā: vt benē nō stat. Belarmino. de Cōfir-
matione. cap.8.propositione. 2.

Dñiq; id constat ex vñ Ecclesiæ. Iam
verò à tempore administrus Innocentij V.
semper tantum solet sumi Chrisma pro
oleo cum balsamo, vt patet. cap. Vnico
proximè citat. & cap. 1. de Sacramentis
non iterandis.

Ex dictis sequitur esse peccatum morta-
le, vel oleum benedicere, alio dic, quām

Decisio Casuum Arti. Mortis.

dic̄ta feria s. vel illud singulis annis, non
renovare, vel vetere ut extra necessita-
tem: ea enim omnia de Christmate (quod,
scilicet, includat alias olei Sacri differen-
tias, ut probatū est.) pr̄cipiuntur ex pre-
ſe à Fabiano suprà loquente de his, ut de
rebus gravissimis, & verbis manifestè im-
portatib⁹ obligationē, sub mortali: vido
glossam in cap. Quoniam, de sententia
excommunicationis, lib. 6. in verbo, Dubiū.

¶ Dico 2. si non sit aliud oleum, nisi ve-
tus, potest instante morte fieri cum illo
Extrema Vnctio; & ad hunc finē seruari
debet vetus, quo vsque novum habeatur.
Ita Synod. ~~Epiph~~ supra, & Concilium 4.
Mediolan. Borrom. 2. p. §. 1. & in hoc ha-
bet verum primā sententia. Probatur.
Baptismus potest instante morte licitè
fieri cum oleo veteri; ut dicitur expressè
cap. Si quis de alio, de consec. d. 4. ergo &
Extrema Vnctio, de cuius essentia est o-
leum; nō autem est de essentia Baptismi;
sed solum pertinet ad eius ceremoniam.
Si ergo necessitas mortis facit licitam

Vnctionis

Vnde dicitur ceremoniam cum oleo veteris
in Baptismo, à fortiori faciet licitam Vn-
ctionem Sacramentalem directere in institu-
tum promissum in Extrema Vnctione, ad
cavandas Dæmonis insidias, quæ secun-
dum Tridvss. 14, de Extrema Vnctione,
in principio, magis urgere solent illo ar-
cilio.

Dices, accessionum sequi principale, 16
ut habetur in Regula iuris, in 6: & ideo, ut
perfectè, & solenniter ministretur Bapti-
smus in morte, qui est Sacramentū ne-
cessitatis, conceditur vius olei veteris, ex
defectu novi, nō sic in Extrema Vnctio-
ne, quæ non est necessaria. Sed responde-
tur, primò rationēm cōcessionis olei ve-
teris in morte pro Baptismo esse necessi-
tatem, que caret lege, cap. Sicut, de con-
fess. d. i. que ratio magis urget in Extre-
ma Vnctione. Secundò, quia minoris vi-
licitatis est, vii ceremonia fiat in Baptismo
cum oleo veteri, quam vt fiat Sacraumen-
tum Vnctionis. Denique, quia sicut fit
extensio pœnalitatis illius capitilis loquentis

181. *Decifio Casuum Art. Mortis.*

de Baptismo ad aliasunctiones aliorum
Sacramentorum: ita meritò fiet extēsi
fauorabilis exceptionis, cuius capitis de
casu instantis mortis pro Baptismo, ad Sa
cramentum Vnctionis; cùm fauores sint
magis ampliādi, quām pœnæ: ut habetur
in regula, Odia restringi, de reg. juris. n. 6.

17 Nec facit contra hoc privilegiū Greg.
xij. de quomemini suprà; quia priuilegiū
concedit etiam vsum ordinarium, etiam
pro Baptismo, extrà articulum mortis,
quod sine privilegio fieri non potest.

18 Ad argumenta primæ sententiæ respō-
detur, ad primum, nec etiā aliquem doc-
torem ex antiquis dicere contrà nos, &
ideo potius esse pro nobis, nō enim trac-
tarunt, quia supponebānt, quod nōs ar-
cibus ut indubitatum ex usu Ecclesiæ.

19 Ad secundum patet ex dictis suprà, di-
cto i.

20 Ad tertium respondeatur, hīc non esse
tantùm consuetudinem, sed etiam præ-
ceptum collectū ex Decretis Pontificū,
& consuetudine confirmatum; sicut &

præceptum confitendrantè Eucharistia, in eo, qui habet conscientiam mortalis, ut habetur in Trid. Iess. 13. cap. 7. Et licet esset sola consuetudo sine præcepto expresso; sufficeret ad obligandū sub mortali; quia est de re graui, & pertinenti ad materiam Sacramenti; & ut de tali in simili, immò in minori casu Baptismi, loquitur. cap. Si quis de alic, de consecr. d. 4. citato.

EX DUBIO. V.

Oleum nō benedictum potest misseri benedicto.

n. 1. Aliqui putant posse esse maiorem partem olei non benedicti, quæ addatur benedicto. ibi.

Oleum benedictum potest in iunctum augeri dummodo qualibet vice minor pars olei non benedicti addatur; secundum aliquos n. 2. Et quando quis posuit tria haec sententia. ibi.

Oleo benedicto nec semel, nec varijs Vicibus potest addi; nisi pars minor quantitate primam benedicta. n. 3.

Idem est de aquabenedicta. ibi. 4. C. si recte

Altare enormiter lœsum non manet consecratū. num. 5.

DV-

DUBIVM. V.

V. O L E V M N O N B E N E-
dictum possit miseri oleo benedicto; ita
ut totum maneat benedictum, &
sufficiens ad Extremam
Vnctionem.

Respondeatur affirmatiuè, & hoc
 est certum; quia ita tenent om-
 nes Doctores: & habetur expres-
 se cap. Quod in dubijs, §. ultimo, de con-
 secratione Altaris. Sed quomodo hoc in-
 telligatur, non constat inter Doctores. Nā
 Angelus, verò. Aqua benedicta; & ibidē
 Rosela, dicunt, hoc esse verum, etiam si
 major pars olei non benedicti addatur.
 benedicto; quibus fuit gloss. in cap. cit.
 fine. & Palac. in 4. d. 12. q. 5. art. 3. in fine,
 afferentes rationem hujus esse, quia dig-
 nius trahit ad se minus dignum. D. Tho.
 etiam in 4. d. 12. q. 1. art. 2. questiuncula 6.
 ad 2. & 3. p. q. 77. art. 8. ad 3. qui sine limi-
 tatione loquitur.

Alij 0

Alij verò dicunt, posse semper in initium augeri oleum benedictū, ei addendo nō benedictum; dummodo qualibet vice addatur minor pars non benedicti. Ita Siluest. verbo, Aqua benedicta q. 3. & Enrr. cum alijs, lib. 3. sum. cap. 8. nu. 2. cui opinioni poterit quis se accommodare, quando non haberet aliud oleum, quod esset certius benedictum.

Nihilominus respondetur, ad hoc, q^z oleum maneat benedictum, requiritur, ut quantitas olei in principio benedicta sit maior tota quantitate non benedicta superaddita; modò simul, modò successivè, vel varijs vicibus fiat talis additio: verbi gratia, oleo vnius libræ benedicto, nō potest fieri additio olei non benedicti, nisi in quantitate minore, libra; etiam si talis additio fiat una, vel varijs vicibus. Ita planè docēt Armil. & Supplementū, verbo, Aqua benedicta, absolutè assertentes quātitatem aquæ, vel olei benedicti, debere esse maiorem. Probatur, primo, quia aliter non curaret Ecclesia, nec conscraret

181 · *Decissio Casuum Art. Moit.*

- secratē magnam quantitatēm olei; nec
Dominicis diebus frequēter aquam be-
nediceret, si media additione aquæ non
benedictæ, vel olei, posset facilius habe-
ri quantitas sufficiens aquæ, vel olei be-
nedicti. 3. qna. mult. dila. s. m. d. o. m. i. n. a. g.
4. Probatur. 2. quia ideo manet totū oleū
benedictum, nō quia digniustrahit ad se
minus dignū; quod impugnant fcrè om-
nīs Doctores citati: sed quia in commix-
tionibus maior quātitas solet cōuertere
in se minorem, & cōmunicare dictæ mi-
noris suas qualitates; & ideo voluit Eccle-
sia, aquā totā commixtā, quando additio
fit in minore parte, eo ipso haberibene-
dictā, quo additio fit modo dicto: Proba-
tur deniq; ex dict. cap. Quod in dubijs. §.
1. quia dicit Tabulā (id est, altare) deber-
denuò cōsecrari, quādo fuerit mota, vel
enormiter læsa: quia, scilicet, ratione talis
læsionis enormis, sicut non censemur mo-
raūter et adēm permanere; ita nec rema-
nere consecrata, sed oleum benedictum
censemur enormiter lædi, & non manere
30707021 idem,

idem, quando non remanet maior pars
pars in principio benedicta: ergo, si ad-
datur illi maior pars olei non benedicti,
non remanet benedictum.

EX DUBIO. VI. p. 103

In diuersis infirmitatibus potest repeti Extrema
Vnctio. n. 1.

In eadem infirmitate potest repeti, quando est di-
uersum periculum mortis. n. 2. 8. n. 10. R. 9.

Quae regulatenenda sit in examinanda distantia
necessaria inter unam alteram vnotione. n. 3. 4.

DUBIVM. VI.

V. IN EADEM INFIRMI-
tate possit repeti Vnctio.

NAM in diuersis infirmitatibus
posse repeti; est omnino certum,
ut decernitur in Trid. sess. 14.
de Extrema Vnctione. cap. 3.

Dico ergo primò, in cādē infirmitate
potest repeti Extrema Vnctio quādo in-
firmus, cum semel incidisset in primum
mortis periculum, illud evasit; in quod
nam postea reincident. ita D. Thom. in

addi-

Decisio Casuum Arti. Mortis.

Additionibus.q. 33.art. 2.corp. dub. 4. d.
23.q. 4.art. 3.ibidem Ricard. ait. 2.q. 6.D.
Bona.art. 2.q. 4.nu. 55. Palud. q. vlt.conc.
3.n. 10.Gabr.in Supple.q. i.art. 3. dub. 4.
Sot.q. 2.art. 3.conc. 3.Vict.in sum. de Vn
ctione.q. 207.D.Anto. 3.p.tit. 14.cap. 15.
§. vltim.Silu.verbo.Extrem.Vnctio.q. 3.
ibidem omnino Angelus.Sum. Pisan. n.
9.Rosel.n. 8.Arabil.nu. 9.Enrr.lib. 3.sum.
cap. 9.n. 4.Probatur, quia Extrema Vn
ctio non tam respecit infirmitatem (non
enim dari potest cuicunq; infirmo) quam
infirmitatis statum, id est, proximum pe
riculum mortis. Ut patet ex Concilio
Florent. de Extrema Vnctione; & Trid.
decadem sess. 14. cap: 3. ergo sicut po
test repeti in diversis infirmitatibus, qua
do in unaquaq; est proximum periculi
mortis: Ita, & in eadem infirmitate, si plu
ries in ea contingat dictum periculum.
2. Probatur, quia effectus Vnctionis, qui
est sanitas corporis, & mentis, non est per
petuus; ergo, quia in eadem infirmitate
potest deperdi, & de facto deperditur;
potest.

potest, & debet iterari Vnctio; vt eius di-
stus effectus recuperetur, & illo infirmus
iterum ad mortē fatigatus confortetur.
Sed Doctores non conveniunt de dis-
tantia requisita inter unam & alteram
Vnctionem. D. Thom. enim asserit, in eā-
dem infirmitate breui non esse repeten-
dam Extremam Vnctionē, & in hoc ma-
gis inclinat Summ. Pisa. significat Angel.
quia requirit longum tempus distantia;
Palud. D. Ant. Dura. & D. Bona. loquun-
tur de morbo diuturno; vt ethica, vel pa-
ralypsi. Sot. Victoria. Ricardus, absolute
loquuntur. Alij, vt Michael Bononiensis,
in 4. d. 23. q. vnic. art. 2. dub. 3. quos non
reijcit Sum. Pisan. suprē dicunt, posse in
eadem infirmitate post annum iterū dā*i*;
quia præsumitur, infirmū cuasi se tanto
tempore à priore periculo proximo mor-
tis.

Dico tamen. 2. licet, vt benè dicunt D.
Bonau. & Palac. suprà, non possit esse cer-
ta regula in dicta distātia temporis: certa
tamen est, quantum fieri potest, quando

Decissio Casuum Arti Mortis.

judicio Medici, vel alterius in re illa pe-
riti censetur; infirmum evasisse primum
proximum mortis periculū, & incidisse
in aliud, etiam si sit eadem infirmitas bre-
vis; vt benè Gab. suprà. Sicut si quis, liber
à morbo, dum convalescit, reincidat in
aliud proximū mortis periculū. Nihilo-
minùs distātia longitēporis, quam assig-
nant aliqui Doctores vnius anni, potest
deservire, vt in dubio censeatur esse di-
stinctum proximum mortis periculum,
à primo; & vnius mensis, quā negat Enr.
suprà sufficere, deserviet, vt in dubio tūc
censeatur durare idemmet proximum
mortis periculum, & non esse aliud no-
vum.

EX D V B I O. VII.

Extrema Vnctio dari non potest tempore Inter-
dicti, sine priuilegio, si posset infirmus recipi
re aliud Sacramentum n. i.

2 Cum Bulla Crucis, vel simili priuilegio, potest
dari Extrema Vnctio tempore Interdicti.
num. 2.

3 Tempore Interdicti, licet jure communidari Bap-
tismus,

ritus, Penitentia, Confirmatio, Matrimonium
sine benedictione, & tunc in mortis articulo
Eucharistia. qu. 3. Et benedictiones nuptiales
habenti Bellam. ibid.

*Quando licet Extrema Vnctio tempore Inter-
dicti, licet etiam dicere orationes & psalmos
et consuetos n. 4. Vm possint tuuca deesse laici si-
ne priuilegio ibi.*

Satis probabile est morienti, qui nullum aliud potest recipere Saeramentum, dari posse Extremam Vnctionem tempore Interdicti, & Cof-
fationis, sublatotamen scandalos, & idum mo-
dò consult securè nequeat judex, qui tollat In-
dictum.

In dicto casu est precepit recipiendi, et ministrandi Extremam Vunctionem, nro. 6. dicitur.

*Quando uti liceat Epicheja. n. 8; Quando cessat
bit scandalum. n. 9. m. s. p. Ex libris B. Ricchieri*

D V B I V M . V U .

V. TEMPORE INTERDICTI
possit licetē ministrari Extremā;

Victio.

Dico. 1. si infirmus nō habeat Bullam Cruciatam, nec aliud privilegium ad recipiendum Sacra-
menta tempore Interdicti; & possit reci-
pere aliud Sacramentū, non potest reci-
pere Extremam Vnctionē tempore In-
terdicti. Ita omnes Doctores, & habetur
cap. Quod int̄ de pœn. & remis.

Dico. 2. qui habet Bullam Cruciatam,
vel simile privilegium, potest licet recipere Extremam Vnctionem tempore Interdicti. Ita Enr. lib. 7. sum. cap. 13. nu. 4.
& communis; & Manual. Cordub. de Ex-
tremā Vnctione dicit ita vbiq; praxi esse
receptum. Probatur, quia Bulla dicit, vt
habentes illam possint recipere Euch-
ristiam, & reliqua Sacra menta: ergo com-
prehendit Extremam Vnctionem. Paret,
quia sine limitatione cōcedit reliqua Sa-
cra menta: lex autē generaliter loquens,
generaliter debet intelligi, secundū fu-
ristas communiter, quos retuli supra cap.
3. dub. 5. nu. 4.

Probatur. 2. quia sub illis verbis, Et re-
liqua

Ji qua Sacramēta, solum possūt intelligi. Ex-
trema Vnctio, & Ordo: cū aliās jure cō-
municōcessa sint tēpore Interdicti, Bap-
tismus, Pœnitentia, Cōfirmatio, & Eucha-
ristia in articulo mortis, & Matrimoniū,
quantum ad contractū per verba de p̄-
senti; non autem quoad solennes bēne-
ditiones, quas tamē possunt recipere
desponsati, si habeant Bullam Cruciatā,
vel privilegium, dum in eis servetur for-
ma tradita in cap. Alma.ma. tēnent hoc
Rodr.in Bulla. §. 5. n. 22. Enrr.lib. 13. cap.
24. & planè Covar.cap. Alma.ma. 2.p. §.
2.n.7. versiculo, Matrimoniū, in impre-
fionibus recentioribus. Sil. Interdictum.
5. quæst. 2. dicto 3. Angel. Interdictum 6.
n. 30. quia secūdūm omnes, sunt Officiū
Divinum: vt videre est in Nau. cap. 27. n.
179. Covar.cap. Alma.ma. 2.p. §. 2. n. 7. &
B. de Medi.lib. 1. fū. cap. 11. §. 13.) ergo etiā
de Extrema Vnctione debet intelligi illa
verba, scilicet, Et reliqua Sacra menta, vt
sint vera: vnum enim nō dicitur reliqua.
Deniq; probatur, quia hæc interpretatio

est pia, & favorabilis animabus existenti-
bus in periculo mortis; quibus multum
prodest recipere Extremam Vnctionem, ut
docet Trid. sfs. 14. de Extrema Vnctio-
ne, in principio.

4 Et possunt tunc etiam diciorationes,
& psalmi cōsueti in administratione di-
etæ Vnctionis, vt benè notat Entr. proximè
citatus, litera Q. quia privilegiū con-
cedens, posse sumere Sacramentum; con-
cedit consequenter illa, sine quibus, non
decet, nec solet ministrari illud: ut docet
in simili de Eucharistia ministrata morié-
ti. Silu. Interdict. 5. q. 7. exceptione 4. &
Calderin. de Interdicto. §. Viso, loquens
de eadē, & de Baptismo. Vult enim Sum.
Pontifex ministrari Sacramēta obserua-
tis ritibus Ecclesiæ. Vm autē tūc possint
ādēsse laici, qui nō habēt privilegiū. Entr.
affirmat, & significat Sil. proximè & Cal-
derin. loquentes in simili de Eucharistia.

5 Dico 3. satis probabile est, licet minis-
trari posse, & debere Extremam Vn-
ctionem morienti, dare nisi omni privile-
gio,

gio, etiam tempore Interdicti, & Cessa-
 tionis à divinis, quando nullum aliud po-
 test recipere Sacramentum; & maximè
 si tunc carereret sensu. Ita Enr. lib. 3. sum.
 cap. 10. nume. 3. litera F. Et quidam viri
 docti à me consulti. Item Petr. de Ledes.
 de Vnctione, cap. vltimo, conclu. 4. dicit,
 hoc non esse omnino improbabile. Pro-
 batur, quia necessitas caret lege. cap. Si-
 cut, de consecr. d. i. Sed hic est maxima
 necessitas, ne fortè infirmus attritus dā-
 netur, nisi recipiat Extremam Vnctionē;
 cum qua potest fieri contritus: ergo po-
 test licet ministrari tempore Interdicti;
 in casu dicto: de quo nec Iura, nec Docto-
 res loquuntur, cùm negant tempore Inter-
 dicti posse sine privilegio dari Extrema
 Vnctionē; agūt enim de casu ordinario
 in quo moriēs recipit aliud Sacramentū;
 vel quando, licet non recipiat; potest ta-
 men cōmodissimè adiri iudex, qui posuit
 illud Interdictū, vt tollat illud pro dicto
 casu: quod faciēdum esset, si per tempus
 securissimè fieri posset.

6 Confirmatur, i. quia idē in jure conceduntur tempore Interdicti, & Cessationis, Baptismus, Pœnitentia, & mortali Eucharistia, quia sunt necessaria, & precepta; ut patet ex communi Doctorum, & cap. Alma. mater. §. Quia verò, de Sententia excommunicationis. lib. 6. n. 6. luit enim Ecclesia prohibere receptionē Sacramentorum, quæ sunt necessaria necessitate finis; vel præcepti Divini: Sed in casu prædicto, Extrema Vnctio est necessaria necessitate præcepti, ut docent expressè Palu. in. 4. d. 23. q. 1. art. 3. concl. 3. n. 24. Enrr. ptoximè. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 15. §. 4. in fine. Et id esse satis probabile tenet Suar. 3. p. tom. 4. disput. 44. sec. 1. n. 7. Et idē tenerent aliqui viri doctri nostre temporis; qui docēt, ratione propriæ charitatis morientem teneri confiteri, se nullum aliud posse recipere Sacramentum; in casu in quo aliás non teneretur; ut per interpretem; & hoc nè exponat animā suam periculo damnationis æternaz, si non habeat veram contritionem,

quæ

quæ non ita facile haberi solet; maximè ab hominibus parum deditis rebus spiritualibus: ergo potest tempore Interdicti ministrare Extrema Vnctio; cùm aliud non potest recipi Sacramentum.

Confirmatur. 2. quia. cap. Alma. M. §. 7

Quia verò. citat. lib. 6. conceditur tempore Interdicti Pœnitentia viventibus; etiam sanis; eo quod sit summè necessaria; sed in casu dicto, Extrema Vnctio est summè necessaria moriēti, nè in æternū fortè damnetur: ergo cedēdi debet tempore Interdicti, & Cessationis.

Deniq; quia credēdū est, Ecclesiāry concedere id, quod quisq. pius meritò concederet in casu prædicto: nè fortè moriens damnaretur: ergo est plana Epicheia, qua vti licet, quando non est recursus commodus ad Superiorem; & probabilitè creditur ita eum, vel legem vel le: licet sit aliqua formido de opposito: vt docent. D. Thom. Caicr. I. 2. q. 76. art. 6. corp. Soto. I. libr. de Iustitia, & jure. q. 6. artic. 8. colun. 3. D. Anton. I. part. tit. 17.

881 Decissio Casuum Arti Mortis.

§. 20. circa principium, & Silu. verbo. Pa-
pa. q. 16. n. 76. ibidem mutaq. an. 1100 d.
9 Nec obstat scandalum, quia in Hispa-
nia, nullum erit tempore Interdicti, cum
ferè omnes habere soleant Bullam Cru-
ciatam. Tempore autem Cessationis fa-
tis fieri scandalum, si publicè docatur, id
licere, propter necessitatem, quod p̄fē-
sum debet à vulgo, cuius non est hoc sci-
re, vel credant, infirmum habere privile-
gium, vel dictam Cessationem esse revo-
catam, quoad illum effectum.

EX DUBIO. VIII.

- 1 Solus Sacerdos est minister Extremæ Unctionis.
2 nu. 1. Isq; est Parochus, nisi in necessitate, ex
defectu illius, & Superioris, tunc enim quili-
bet Sacerdos non impeditus censura, potest,
etiam religiosus. nu. 2. & seq. Et est certum
hoc, quando infirmas non posset recipere aliud
Sacramentum. n. 3.
- 4 Eucharistia, & aliquando Pœnitentia, possunt
7 administrari ex ratificatione. nu. 4. Explica-
tar Clementi II de privilegijs. n. 7. ad. 8. 3. 1738

D V-

DUBIVM. VIII
QVIS SIT MINISTER EX-
tremæ Vnctionis.

Dico.1. Sacerdos est tantum mi-
nister. Habetur expressè in Trid.
scilicet .iij. de Extrema Vnctione.
cap.3. & in Epist. Innocentii ad Decen-
tium. cap.8. & patet Iacobi.5. Vide Du-
rant.libri I. de Ritibus Ecclesiæ. cap. 20.
num 23.

Dico.2. extrâ casum necessitatis, pec-
cat Sacerdos mortaliter, qui sive licen-
tia Parochi, vel Superioris, ministrat Vn-
ctionem. Est certa, & omnium Doc-
rum.

Dico.3. quādo proprius Sacerdos ab-
est, vel non potest, aut clare injuste non
vult ministrare Extremam Vnctionem;
nec est recursus commodus, & securus.
ad Superiorē, vt det licentiā (quā tamē
in isto casu Prælati deberēt in suis Syno-
dis dare cūlibet Sacerdoti, scit ut fecit
Cardi.Borro: in suo Cōcilio.5. anni. 1579.

Decissio Casuum Arti. Mortis.

de Extrema Vnctione. §. Ne alius.) potest quilibet Sacerdos, etiam Religiosus, qui sit Catholicus, & non excommunicatus nominatim, nec publicus clericipercursor, nec suspensus, nec irregularis nominatim, nec degradatus, conferre Extremam Vnctionem in talicau. Ita Sot. in 4.d.25.q.2.art.2.conclus.1. Gaiet. verb. Excommunicatio cap. 64. ibidē Armil. excommunicatione 39. Enrr.lib. 3. sum. cap. 13. nu. 4. & lib. 8. cap. 54. n. 2. Grafis. 2.p. Decissio lib. 1. cap. 8. n. 15. Sa. verb. Euchasistia. nu. 4. P. de Ledesm. b. p. sum. de Vnctione. cap. 4. conclus. 1. dub. 3. Angl. 1. part. in 4. q. de Vnctione, art. 3. conclu. 2. Archidi. cap. Si presbyter, nume. 1. 26. quæst. i. cum Ioan. Andr. Item Ledesm. 2. 4. q. 33. artic. 3. fol. 402. & Victoria, in sum. de Vnctione. q. 220. in fine; & Dura. soprà. Est tamén contra Nau. cap. 27. nu. 102. Silu. verbo. Excommunicatio. 7. excommunione 14. dub. 3. nu. 32. Bonifac. in Clementin. Religiosi, de privilegijs. n. 35. & D. Ant. 3. p. tit. 24. cap. 54. col. 1. li-

et Silu. postea verb. Extrema Vncio. q.
4.concedat nostram sententiam (exci-
piens tamen, licet immerito, Religiosos)
quæ tamen mihi est certa, quando infir-
mus nō posset recipere aliud Sacramen-
tum.

ab his quod oportet

Probatur, quia secundum communem
Doctorum, etiam Sacramentum Pœnitentiæ
requiriens essentialiter jurisdictionem, po-
test in necessitate ministrari ex ratihabi-
tione de præsenti; modo explicando suo
loco. Item Eucharistia ex ratihabitione
valde probabili potest etiam administrari;
ergo à fortiori Extrema Vncio in articulo
mortis potest ex ratihabitione admi-
nistrari, ex defectu proprij Sacerdotis.

Quis enim dubitet, saltem Summum
Pontificem velle, ut in articulo mortis,
ab alieno ministretur Extrema Vncio;
quando habet non potest comedere pro-
prius?

Confirmatur, quia necessitas cætet le-
ge.cap.Sicut de consecr. distinct. i. ergo
in casu ultimæ necessitatis nulla est lex,

quæ

Decissio Casuum Art. Mort.

quæ prohibeat alicum ministrare Sacra
mēta in abēntia proprij, qui propter vr-
gens periculam mortis haberi commo-
dè non potest. Deniq; quia nostra Sen-
tēntia est pia, & animabus favorabilis:
ergo sequenda.

6 Nec refert, Extremam Vnctionem,
non esse necessariam, nām est necessa-
ria, quando infirmus non potest recipere
aliud Sacramentum; vt vidimus dub. præ-
cedentijs & licet extrā hunc casum, non
sit necessaria, est tamen valde vtilis con-
tra impugnationes Dæmonis; quæ in illo
articulo, in quo totum concluditur nego-
tium salvationis æternæ, solēt esse acrior-
res; vt docet. Triden. sess. 14. de Extrema
Vnctione in principio.

7 Nec obstat Clemētina prima de privi-
legiis, quia ibi Pontifex punit factū aliās
in casu prohibito: non autem punit ca-
sum aliās licitū; qualis est dare Ex-
tremam Vnctionem in necef-
sitate, modo suprà
exposito.

EX CAPITE. VI.

Quid sit Ordo. num. 1. Quae sunt ejus mace
num. 2. Quid sit Sacramentum Ordinis.

CAPUT. VI. DE
Ordine.

Sacramentum Ordinis est Sacra-
mentum, quo potestas spiritualis
significatur, & traditur in Ordine,
ad Sacrosanctū Corpus Christi con-
secrandum. Soto. in. 4. distin. 24. in prin-
cipio.

Est autem ejus forma, verba illa impe-
rativi. Accipe, &c. per quæ ordinans dat
potestatem illis, qui ordinantur, quando
eis tradit illud, per cuius traditionē con-
fertur Ordo. Illud autem, quod traditur,
est materia. Ita Concilium Florēnti. de
Ordine. De hoc autem Sacramento vni-
cum tantum dubium proponam.

EX DUBIO VNICO.

Decissio Casuum Art Mort.

- 1 Curandum est diligenter, ut instrumenta in quibus in primiture character, tangatur. n. 1. Quae sint illa instrumenta. ibi. Quidam repeti conueniat tactum. ibi.
- 2 Tactus est de essentia, Secundum communem Sententiam. n. 2.
- 3 Ordinantes debent esse diligentissimi, & curare, ut ordinati tangant instrumenta, ut excusent certa incommoda, quae referuntur. n. 3.
- 4 Episcopi peccant mortaliter dicentes unam formam simul omnibus, saltem in Presbyteratu. n. 4.
- 5 Et idem est quotiescumq; omittent in Ordinis essentialibus aliquid necessarium, etiam si sit opinio in contra. n. 5. hoc autem minus fit.
- 6 Quomodo tollatur scrupulus-ordinatorum dubitantium, antetigerint. n. 6. Et ultimo, Alii qui dicunt non esse de essentia Ordinis tactus, cum modo fiat traditio, & acceptatio signo exteriori. n. 6. & sequente. n. 7.
- 7 Aliquando possessio acquiritur per solam ostensionem. n. 10.
- 8 Ansit necessè tangere in Presbyteratu, etiam Penitentiam, & Hostiam. n. 11.

DVBIVM VNICVM.

V.TACTVS INSTRVMEN-

torum, in quorum traditione confertur

Ordo, sit de essentia hujus Sacra-

cramenti.

O munis Sententia affirmat.

Dico tamen. i. curandum est diligentissimè tam ab ordinante, quam ab ordinato, ut tragantur realiter instrumenta, in quorum traditione imprimitur character. Ut in Subdiaconatu, Calix cū Patena; in Diaconatu, Liber Euangeliorum; & maximè in Presbyteratu, Calix cum vino, patena, & hostia. Nec est inconveniens repetere tactum, si constaret, non tetigisse prius: Immò ita faciendum est: Et in dubio, si tetigit, vel non tetigit, non erit inconveniens, tactū repetere sub conditione, monendo Episcopum, de dicto dubio: vt benè docet Enr.lib.10.sum.cap.3.n.3.

Probatur, quia tactum requirunt quasi de essentia Palud.in.4.d.24.q. 1.artic.1.

Decisio Casuum Art. Mort.

D.Thom.in Additionibus.q.34.art.5.ad
3.D.Ant.3.p.tit.14.cap,16.in principio.
Cajet.tom.1.Opusculorum tract.26.de
Collatione Ordinis.art.1.Rainerius.2.p.
Pantheologiæ.verbo.Ordo.capit.15.
Rosar.aureum.libr.4.verbo.Ordo.1.§.
7.Angel.ibidem.num.7.Silvest.Ordo.2.
quæst.5.Summ.Pisan.ibidem in princi-
pio.Rosel.ibi.nu.1.& omnes fatentur,id
esse tutius.

Et certè ordinatores deberent esse in
hac re diligētissimi,& designare aliquos
Sacerdotes diligentes,aptos,ac nimis ti-
moratos, qui tempore ordinationis ta-
ctui benefaciendo ab ordinatis speciali-
ter attenderent,saltem in Presbyteratu:
quia præterquam, quòd sic ordinati cer-
tiūs ministrarent plura Sacra-
menta,quæ
à caractere sacerdotali essentialiter de-
pendent:qualia sunt Ordo,Eucharistia,
Pœnitentia,Cōfirmatio,& Extrema Vn-
ctio:excusaretur etiam certissimum in-
conveniens, quod sæpiissimè expertus
sum:scilicet,sic ordinatos,etiam cum mi-

nimo

nimo scrupuli dubio, angi, & defatigari perpetuò scrupulis, an, scilicet, tetigerint, vel non: & ea via inquietè celebrare, & non audere ministrare Sacra menta alijs, maximè in articulo mortis; viros aliâs nimis idoneos, & sufficientissimos.

Vnde etiam patet, vix excusari posse à mortali, Episcopos, qui contra Pontificale, faltem, in Presbyteratu, dicunt unam tantum formam pro omnibus ordinatis simul. Quia sic vix potest salvare simultas necessaria materiae, & formæ, etiam moralis. Et tanto minus excusantur, quanto in re magis necessaria prætermittunt hanc diligentiam, quam faciunt in tradendis vestibus Sacris, in quibus esset multò minus inconveniens dicere verba simul omnibus: Nihilominus tamen debent servare, in omnibus Pontificale.

Et quod dictum est de tactu, & forma intelligendum quoque est, de quacunq; alia diligentia necessaria: ut certò tradatur Ordo: maximè Presbyteratus: in quo

Decisio Casuum Alt. Mortis.

certò, & nō per opiniones est procedendum, propter summam rei gravitatem: etiam in Sententia eorum, qui sentiunt aliquando in Sacramentis posse procedi cum opinione; qui non loquuntur de casu præsenti Presbyteratus; propter rationem suprà dictam. Vide Caiet. suprà.

Nihilominus Dico. 2. ad tollédos scrupulos iam ordinatorum, an sufficienter tetigerint instrumenta tempore ordinatis; de servire potest Sententia eorū, qui docent tactum illum, non esse de essentia Sacramenti Ordinis; sed sat esse, porrectionem vassorum; & eorum acceptationem ab ordinatis signo externo. Enrr. lib. 1. sum. cap. 9. n. 11. & lib. 10. cap. 10. n. 1. Sa. verbo. Ordo. n. 3. Ledesm. 2. 4. q. 36. art. 5. fol. 411. colu. 3. Armik. verbo. Ordo. n. 4. cum Alberto. Item Soto. in. 4. d. 24. q. 1. art. 2. col. penult. Cajet. verbo. Ordo. Victoria in sum. de Ordine. q. 211. D. Thom. etiam suprà non rejicit omnino hoc: immò in. 4. ad Hanibaldum. d. 24. art. 1. corpore, recitat vtramq. Sententiam,

tiam, & nihil addit. D. Ant. suprà vltimo loco refert Sententiam Alberti, nec eam rejicit. Maior. in. 4. d. 24. q. 1. col. 3. tantū dicit, esse tutius tangere; & ut tale esse sequendum. Sum. Pisan. suprà dicit, esse hoc penitus ambiguum; tutius tamē esse sequendum id esse probabile, licet oppositum verius, & tutius docet, Pet. de Ledesm. p. 1. sum. de Ordi. cap. 3. cōc. 2. dub. 1. dīct. 2.

Probatur. 1. quia Concilium Florent. 7 de Ordine nihil meminit. de contactu, sed tantū de traditione, cum tamen exactissimè egerit de necessarijs pertinentibus ad essentiam Sacramentorum.

Probatur. 2. quia traditio instrumentorum tantum deservit ad determinandam potestatem, quæ datur. At ad hoc non requiritur contactus; sed ostensio præsens cū signo acceptativo. Vnde non est eadem ratio, quæ in Baptismo, Confirmatione, & Vnctione, non enim dicitur quis lavari, vel vngi, nisi aqua, vel oleum attingat ejus corpus.

Decissio Casuum Art. Mort.

- 9 Cōfirmatur, quia verē dicitur quis accepere equum, vel numos in suos, licet illos non tangat, modò sit ostensio præsens, qua tradantur, & ab ipso acceptentur.
- 10 Deniq; aliquando potest acquiri possessio, & esse vera traditio, sine apprehensione reali modò sit aliquod signum exterius loco illius apprehensionis realis. Ut patet. cap. 2. de Consuetudine, & lege. Quod meo. §. Si venditorem. ff. de acquirenda possessione: vbi dicitur, fundum verē posse possideri per solam ostensionem, sine ingressu in illum.
- 11 Hoc præsertim locum habet; quando esset merus scrupulus, quod non tetigerit; vel quando tetigit certò Calicem, sed non ita certò Hostiam, ut benè notaverunt Sot. suprà. Valentia. 3. p. disput. 9. q. 1. punct. 5. col. ultima. Entr. lib. 10. suprà; & dicit communem esse recentiorum. Item admittit Silu. suprà. Item Pet. de Ledesm. difficultate. 2. afferit, sufficeret tetigisse Calicem, licet non sit tacta

Patena,

Patena, nec Hostia; quamvis curandum sit omnia tangere. Probatur, quia sicut vinum sufficienter tangitur, tacto Calice, in quo est; ita & Hostia sufficienter tangitur, tacta Patena, in qua est; vel etiam tacto Calice in quo est Patena cum Hostia: nam etiam in alijs rebus humanis non solent specialiter tangi omnia, quæ traduntur, quando vnum eorum est in alio.

Proderit etiam ad tollendos huiusmodi discrupulos, credere Episcopos esse diligentes in hac re; maximè si sint pij, & docti; & assistere clericos ad id deputatos; & facile homines oblivisci solere, etiam statim, nisi curam specialem habent commendandi aliquid advertenter memorie; vt de celebranti notat. D. Thom. 3. p. q. 83. art. vlti. ad. 5. Immò timor, & anxietas; an tetigerit, vel non; potest esse in causa, vt facile meminisse nequeat, an verè tetigerit; etiam si verè, & realiter tetigerit.

Decisio Casuum Arti Mortis.

EX CAPITE. VII.

- 1 Quid sit Matrimonium. num. 1.
- 2 Quæ sint ejus forma, & materia, etiam proxi-
ma. ibi. & num. 2. & 3.

CAPUT. VII. DE Matrimonio.

